ATTI

DELLA SOCIETÀ LIGURE

DI

STORIA PATRIA.

ATTI

DELLA

SOCIETÀ LIGURE

DI

STORIA PATRIA

VOLUME II. — PARTE II.

GENOVA

PER TOMMASO FERRANDO

—

MDCCCLXII.

Constitutio imperatoris lothary de feudis uasallorum.

Lotharius. diuina fauente clementia tercius romanorum imperator. pius feliciter.
inclitus triumphator semper augustus uniuerso populo. Imperialis beniuolentie proprie iudica
mus commoda subiectorum inuestigare. et eorum diligenti cura mederi calamita
tibus; simulque publicum bonum statum ac dignitatem imperii omnibus priuatis commo
dis preponere. Quocirca omnium fidelium nostrorum tam futurorum quam presentium nouerit
uniuersitas qualiter dum apud runcalias secundum antiquorum imperatorum consuetudinem
pro iusticia ac pace regni componenda. consederemus. omnia que ad honorem imperii spec
tare uidentur sollicite indagantes. perniciosissimam pestem. rei p. non mediocre
detrimentum inferentem resecare proposuimus. Per multas etenim interpellationes ad
nos factas didicimus milites beneficia sua passim distrahere. ac ita omni
bus exaustis suorum seniorum seruitia subterfugere. per quod uires imperii maxime atte
nuatas cognouimus dum proceres nostri milites suos omnibus beneficiis exutos
ad felicem nostri nominis expeditionem minime transducere ualeant. Hortatu itaque
et consilio archiepiscoporum episcoporum. ducum marchionum. comitum palatinorum. ce
terorumque nobilium. simul etiam iudicum. hac edictali lege in omne euum deo propicio
ualitura decernimus neminem licere beneficia que a suis senioribus habet absque
ipsorum permissu distrahere. uel aliquod commodum ad usus tenorem nostre constituti
onis excogitare. per quod imperii ut dominorum minuatur utilitas. Siquis uero contra salu
berrime nostre legis precepta ad huiusmodi illicitum commercium accesserit. uel aliquid
in fraudem legis machinari temptauerit. precio ac beneficio se cariturum agno
scat. Notarium uero qui super tali contractu libellum uel aliud instrumentum composue
rit. post amissionem officii infamie periculum sustinere sancimus. Data sexto
die mensis nouembris. indictione quinta decima. Anno dominice incarnationis. Millesimo
centesimo. xxx. vi.

IL REGISTRO

DELLA

CURIA ARCIVESCOVILE

DI GENOVA

PUBBLICATO ED ILLUSTRATO

DAL SOCIO

LUIGI TOMMASO BELGRANO.

REGISTRUM

CURIAE ARCHIEPISCOPALIS

JANUAE.

OGLERIO UENTO. GUILIELMO LUSIO. VGONE IUDICE.

INCIPIT PROLOGUS

Cum Bonos prouectus benigna uota sequuntur. omnes igitur negocia liberalesque causas alicuius magne paruęque rei exercentes decet ea diligenter inquirere. ac honeste collocare. quatinus ne testium defectione. aut publicorum instrumentorum amissione que gesta fuerint tradantur obliuioni. Quo circa Ego alexander iussu dompni Syri ianuensis Archiepiscopi. et consulum auctoritate hyconomus publica istrumenta. nec non contractus. tam quos gessimus quam quos in archiepiscopatus cartulario antiquitus actos inuenimus presenti uolumine seriatim significari decreuimus. ne malignitate quorumdam fraudulenter subreptis. res Archiepiscopatus in aliquo detrimentum

paterentur. Preterea condiciones. fidelitates. locaciones. usus. debita. ciuitatis. castrorum. ecclesiarum intus et foris. nec non et uillarum. cunctaque ianuensis curie congrua inibi descripsimus. quatinus in illa dubietas. potestatibus de cetero preminentibus occurrat. neque quelibet illarum. morte. uel alicuius scripti amissione. que curie ferri debeant negligenter amittere ualeat. Explicit prologus.

INCIPIT PROEMIUM.

Preminenti prologo causam propositi breuiter commendauimus. sed ut fides nostro operi plenissime exhiberetur. omni ambigu tate semo. . . . Tempus quo factum fuerit. Nomina quoque romani pontificis. et Regis nec non *archi*episcopi. seu consulum tam in causas prominentium. quam in . . . . gerentium. ob argumentum nostri operis singillatim dispo . . . . enda.

Domino Celestino papa cathedram apostolicam obtinente anno. I. Domino C*onrado* rege in italia regnante anno VI. Domino *Syro ia*nuensi ecclesia episcopa . . . . Bono uasallo. . . . . uento. Wilielmo. lusio. Ugone iudice iura ciuium obtinentibus et Wilielmo de uolta. Lanfranco pipere. Wilielmo porco. Bonosegnore mallone rei publice curam gerentibus. Anno Millesimo centesimo quadragesimo tercio mense nouembris indicione sesta.

INCIPIUNT CAPITULA DE ECCLESIIS.

Ingredientes Itaque nos scribere et ordinate disponere que in prologo prescripto notauimus. primum de conditionibus ecclesiarum siue pensionibus et redditibus que infra ciuitatem et extra recolli . . . . . . Archiepiscopus . . . . scribere ordinauimus

DE SANCTO LAURENTIO. CAPUT I.

Dominus Archiepiscopus In ecclesia sancti laurentii debet habere mediam oblationem natalis domini et medietatem candelarum tam in nocte quam in die. et in circumcisione domini similiter. et in epyphania itidem. et in resurrectione domini. et in ascensione domini. et in pentecostes. et in dedicatione ecclesie et in festiuitate omnium sanctorum. et in quatuor festiuitatibus beate marie. et in sancto nicholao. et in sancto blasio. et in festiuitatibus sancti iohannis baptiste. et in festiuitate Sancti Syri. et in aliis principalibus diebus . . . . . debet in cena dom*ini* . . . . . . et de ma . . . .
Omnium istorum debet habere medietatem ut dictum est . . . .
. . . . dominus . . . .
. . . .
debent et de omnibus missis quas cantauerit dominus Archiepiscopus pro uiuis et pro mortuis. medietatem similiter debet habere. et in omnibus sabbatis atque dominicis diebus medietatem

candelarum. et in cena domini debet Archiepiscopus commedere in canonica. cum tota curia sua.

QUANDO DOMINUS ARCHIEPISCOPUS MISSAM CELEBRAT CVM CANONICIS IN ALIQUA ECCLESIA.

Insuper si ianuensis Archiepiscopus iuerit ad missam celebrandam in aliqua ecclesia ipsius ciuitatis. siue in festiuitatibus ipsarum ecclesiarum. siue in dominicis diebus. si fuerint secum canonici colligant camerarius ipsius Archiepiscopi et canonicorum ipsam oblationem simul. et prius extrahant ex ipsa oblatione denarios. viiii. et postea de reliquo habeant ipsi canonici cum Archiepiscopo tres porciones. et quarta ipsa ecclesia in qua fuerint. Nouem uero denarii qui prius abstracti sunt ex integra oblatione ponantur cum tribus partibus et diuidantur inter ipsos per medium. uidelicet inter Archiepiscopum. et canonicos.

In omnibus consecrationibus ecclesiarum siue altarium. similiter quecumque uenerint ad manus Archiepiscopi. siue super ipsum altare donec fuerit missa cantata. diuidant per medium ipsi canonici et Archiepiscopus. et si Archiepiscopus cantat missam in aliqua ecclesia in festiuitate qualibet aut in dominicis diebus sine canonicis. diuiditur oblatio per medium. medietas est domini Archiepiscopi et medietas ecclesie et de candelis.

QUID ECCLESIA SANCTE MARIE DE CASTRO DOMINO ARCHIEPISCOPO PERSOLUERE DEBEAT CAPUT II.

De ecclesia beate marie de castello. dominus Archiepiscopus habet me*dietatem omn*ium candelarum que ibi fuerint tam in nocte quam in die uidelicet in quatuor festiuitatibus beate marie. et in natale domini. et in resurrectione *domini* et in festiuitate omnium sanctorum . . . . sabbatis cum dominicis diebus medietatem . . . . . Et

quandocumque missam ibi . . . . sine canonicis. habet medietatem totius oblationis.

DE SANCTO DONATO. CAPUT III.

D. . . . . de natale domini et in pascha. et in festiuitate omnium sanctorum et sancti donati. tam de illis que uenerint in nocte quam in die.

DE SANCTO GEORGIO. CAPUT IIII.

De ecclesia sancti georgij habet medietatem oblationum que fuerint in ipsa ecclesia. scilicet in natale domini et in pascha. et omnium sanctorum. et in sancto georgio. et de candelis similiter.

DE SANCTO MICHAELE. CAPUT V.

De ecclesia sancti michaelis habet medietatem oblationum que fuerint ibi in natale domini et pascha. et in festiuitate omnium sanctorum. et in sancto michaele. et de candelis similiter.

DE SANCTO SYRO. CAPUT VI.

De monasterio sancti Syli. habet crateram unam potionis in natale domini. et candelas. viii. et alteram in pascha. et candelas nouem.

DE SANCTO STEPHANO. CAPUT VII.

De monasterio sancti Stephani. habet crateram unam potionis in natale domini. et candelas. viii. et alteram in pascha. et candelas. viii.

DE SANCTO THOMA. CAPUT VIII.

De monasterio sancti Thome. habet crateram unam potionis in pascha. et candelas. III.

DE SANCTO SEPULCHRO. CAPUT VIIII.

De ecclesia sancti Sepulchri habet crateram unam potionis in pascha et candelas. III.

DE ECCLESIA SANCTI MARTINI. CAPUT X.

De ecclesia sancti martini de uia. in festiuitate ipsius ecclesie *denarios*. XII. et candelas. XII.

DE CAMPO FLORENTIANO. CAPUT XI.

De ecclesia sancti Stephani de campo florentiano. singulis annis in festiuitate sancti mathei habet libras. VI.

DE SANCTO AMBROSIO. CAPUT XII.

Dominus Archiepiscopus debet . . . . . . ambrosii mediol . . . .

DE LAUANIA. CAPUT IIIX (*sic*).

De plebe lauanie debet habere solidos. XV. pro decima una quam tenet pro Archiepiscopo. et barilem unam olei pro terra de ueneri.

DE SIGESTRI. CAPUT IIIIX (*sic*).

De plebe sigestri pro conditione singulis annis pro conditione solidos. XIIII. et octomias. LX.

DE UARIA. CAPUT XV.

De plebe uarie dominus Archiepiscopus debet habere octomias. LX. et tres solidos. denariorium brunorum crossorum.

EXPLICIT DE ECCLESIS. INCIPIT DE NAUIBUS.

CAPUT XVI. DE NAUIBUS DE PELAGO.

Omnes naues que uenerunt de ultra mare. et de alexandria. et de romania. et de illis partibus. et de barbaria. et de affrica. et de tunese. siue de bugea. et de almaria. et omnes que de pelago uenerint. unaqueque debet dare pro decimis solidos. XXII. et dimidium. Si uero ex maiori parte fuerint honerate grano. unusquisque debet dare minam unam.

CAPUT XVII. DE SICILIA.

Naues que ueniunt de sicilia debent dare pro decimis. solidos. XI. et denarios. III. Set si maior pars honeris fuerit ex grano. unusquisque homo minam unam.

CAPUT XVIII. DE CORSICA.

Naues que ueniunt de corsica solidos. VII. Set si granum . . . duxerint plusquam aliud. unusquisque homo minam unam.

CAPUT XVIIII. DE SARDINIA.

Naues que ueniunt de sardinia solidos. VIIII. Similiter si maior pars fuerit ex grano. unusquisque homo minam unam.

CAPUT XX. DE CALABRIA ET PROUINCIA.

Naues que de calabria ueniunt et de prouincia honerate grano de . . . ipsa ciuitate cum toto Archiepiscopatu et que uadunt ultra portum pisanum. uel ultra portum monachum unusquisque homo de ipsis nauibus debet dare quartinum unum grani. preter duos nauclerios. et preter illos homines qui uadunt ad forum sancti Raphaelis. et ad nundinas fori iulii. si sunt usque ad octo homines in unoquoque ligno debent dare minam unam grani. et si fuerint usque ad VIIII. aut X. aut XII *(sic)* usque in. XII. debent minas. II. a duodecim supra. quisque dat quartinum. I.

CAPUT XX. ITEM DE SARDINIA.

Naues que de sardinia afferunt salem . d . . . decimas minas. III. pro unoquoque homine. salis.

Naues que de prouincia quartinos . . . salis.

Naues que de sardinia ueniunt per corsicam. et ibi salem in granum concambiunt. unusquisque illorum qui faciunt concambium. tres minas grani debent. Si autem euenerit quod totam salem non cambiauerint. debent complere predictas tres minas de grano. et de sale secundum quantitatem cambii.

Si lignum iuerit in corsica de isto episcopatu et portauerit salem ad cambiandum in grano. unusquisque homo debet persoluere eminam unam de grano. uel de quacumque blaua adduxerit. Si de sardinia uel de corsica granum duxerit unusquisque det minam unam.

DE REDDITIBUS DECIMARUM QUAE EXTRA CIUITATEM SUNT.

Ad decimarum cognitionem que extra urbem Archiepiscopus recolligit. in presenti hoc capitulum premisimus.

DE SERRA. CAPUT XXI.

In plebeio de serra. habet medietatem. de uilla massonice. et de tramonti. et de uilla de campis. et de uilla de iugo. et de magnerro. et de perneco. et in insula illud quod pertinet ad Archiepiscopum.

DE SANCTO CYPRIANO. CAPUT XXII.

In plebeio sancti cypriani. de uilla de medolico habet medietatem.

DE SANCTO URSICINO. CAPUT XXIII.

In plebeio sancti ursicini. habet decimam quam tenebat Ansaldus gabbus in uilla que dicitur maneçono. et in uilla que dicitur quartinus. et illam quam tenebat iordanus de porta. et hoc quod tenebat olricus filius alinerii de porta.

DE CELANISI. XXIIII.

In plebeio celanisi. habet decimam quam *tene*bat Wuilielmus lusius . . . . .

DE LANGASCO. XXIIII *(sic)*.

In plebeio de lengasco. habet decimam quam tenebat uxor arnaldi baltigadi.

DE BORZILI. XXV.

In plebejo borzili. in uilla traste. habet medietatem decime minus quartam partem super totum. et hoc quod iterius pedegula tenebat in ipso pedagio plebeio.

DE RIUARIOLO. XXVI.

In plebejo de riuarolio. in uilla que dicitur begali. habet medietatem decimarum de uino. et de porris. et ceteris.

DE MOLACIANA. CAPUT XXVII.

In plebeio de molazana habet decimam omnium parochianorum ecclesie sancte marie de campo domnico. et de domo filiorum alberti

de prado. et tertiam partem decime totius montis. qui dicitur creta de grano et frumento. et decimam de codula. et decimam filiorum alberti de podio. de ipso manso. et decimam filiorum offize de raneto. de sua hereditate. et decimam iohannis de clausura de sua hereditate. et partem illius decime quam tenebat paganus de campo domnico cum suis fratribus in f*onta*niglio et strupa.

DE BAUALI. CAPUT XXVIII.

In plebejo bauali. habet decimam quam tenebat capharus.

IN BARGALIO. CAPUT XXVIIII.

In plebeio de bargalio. habet decimam quam tenebat Wuilielmus filius caphari. et illam partem quam tenebat anfossus guercius quam recuperauit dominus. Syrus. Archiepiscopus.

DE NERUI. CAPUT. XXX.

In plebeio nerui. habet medietatem trium partium decime. et illud quod detinuit alcherius guaracus in ipso plebeio. et in sancto martino de yrco. et in plebeio ordolasci et in ciuitate.

DE RAPALLO. CAPUT XXXI.

In plebeio rapallino habet decimam quam recuperauit dominus sigefredus episcopus de cauaruncis. et de opizone struxolo. et de suis consortibus. et illam partem quam habebat ib. . . . guilielmus luxius cum suis fratribus. et cum consanguinibus suis iohanne na . . . . . et fratre suo oberto. et ansaldo. et ea que fuit lanfranci auocati et Guilielmi piperis.

DE LAUANIA. CAPUT XXX. II.

In plebeio lauanie. habet Archiepiscopus decimam de liui et de roboreto. et quartam unam in capella de rumallio et aliam quartam in capella de bebelia. quam tenet ansaldus de liui. et anselmus de colla.

DE PLICANIO. CAPUT XXX. III.

In plebeio de plicanio habet Archiepiscopus decimam de monte tuscano. quam tenet guilielmus de nusilia. et petrus de solio.

DE ORDINACIONE DECIME OLIUARUM PLEBEIJ DE SAURI.

Ego Syrus Januensis Archiepiscopus. Jntuitu diuine pietatis admonitus proposui ordinare decimas oliuarum de plebe sauri. ad utilitatem ipsius plebis. et reliquarum ecclesiarum que sunt capelle ipsius. Jta quidem ut in primo loco ipsa baptismalis ecclesia habet quartam partem. sicut hactenus consueuit habere. de reliquis autem tribus partibus talem facimus constitutionem et ordinem. ut ipsa plebs et relique capelle requirant a suis parochianis tantum. non ab aliis. quod ipsis annuatim dominus eis dare uoluerit. neque fiat inter eos ulla confusio. Sed plebs suis parrochianis sit contenta. et ecclesia sancte margarite similiter non requirat super parrochianos alterius capelle. nisi a suis solummodo quod ei dominus dare uoluerit. Eodem modo capellam sancte marie de canaua non querat aliquis de istis decimis nisi a parochianis suis. Eundem uero modum et ordinem serbauit ecclesia sancti petri de caurana. et a suis parrochianis tantum decimas petat. Similiter ecclesia sancti bartholomei de besouenico eandem consuetudinem seruet. At quum tres iste partes ad nostram dispensationem pertinent ordinande. concedimus supra memoratis ecclesiis s . . . in usus suos et ad luminaria concinnanda habere in-

tegraliter pro opera pietatis. ut non liceat nobis uel successoribus nostris mutare aut uiolare quod fecimus. Tantum quidem sit ratum et stabile inter nos ut persoluant nobis annuatim et successoribus nostris pro pensione redditus. solidos duodecim. in natiuitate domini. Alioquin apud nos et successores nostros fieret. Quia si uobis maiora concedimus. iustum est secundum constitutiones sanctorum patrum ad pauperes suscipiendos. et hospites. et ex aliqua parte uobiscum decimarum participes simus.

INCIPIT PROLOGUS DE DECIMIS HUIUS ARCHIEPISCOPATUS.

Cum dominus Syrus Venerabilis Januensium Archipiscopus in recuperandis bonis amissis ecclesie ianuensis magno studio laboraret. circa decimas recuperandas strenue uigilauit. quarum multe in suo Archiepiscopatu sic inique et confuse a laicis possidebantur. et a multis eorum qui possidebant filiabus suis nubentibus pro patrimonio traderentur. et a quibusdam uelut seculares possessiones uenderentur et distraherentur. Sed concilio a sancte memorie domini pape Jnnocentii. in quo fuit data sententia de laicis decimas ecclesiarum tenentibus. dominus Syrus supradictus uenerabilis Archiepiscopus. archipresbiteros et presbiteros sue diocesis ad se uocauit. et ab eis ueritatem de ecclesiarum suarum decimis studiose requisiuit. et nomina eorum a quibus tenebantur per alexandrum hyconomum. et auocatum suum serialim scribere iussit. Causa autem ab his accepta. iussit etiam annecti omnes decimas que feudali uel libellaria ratione a quibuscumque personis in suo archiepiscopatu tenentur. sicut in sub scripta serie repperiri potest.

PLEBIS DE HERCULE.

Decime plebis sancti martini de hercule. diuiduntur in quatuor partes. Quarum una pars. est ipsius plebis. Medietatem aliarum

trium partem habet lambertus guercius guaracus pro feudo. Aliam medietatem habent filii boni uasalli guaraci. et filii alberti guaraci. et filii alcherii. quia tamen ipse alcherius refutauit.

DE NERUI.

Decime plebis de nerui eodem modo diuiduntur in quatuor partes. Vna pars est ipsius plebis. medietas uero aliarum trium partium est Archiepiscopatus. Alie medietatis habet lambertus guercius supradictus. medietatem. et aliam medietatem que restat. habent consanguinei eius.

DE SORI.

Decime plebis de sori diuiduntur in quatuor partes. Vna pars est ipsius plebis. Tres alie partes que restant diuiduntur per medium. Medietas una est de dominis sumaripe. et de uice comitis de palazolo. Alia medietas est supradictorum guaracorum.

DE RAPALLO.

Decime plebei de Rapallo. In primis diuiduntur in quatuor partes pro terrenis. A roboreto usque ad flumen memi. et a mare usque ad montes. est unus quarterius. et iste quarterius diuiditur in duodecim partibus. Comites de lauania habent quatuor partes. Johannes fico bibere et cognatus eius aldo. habent tres partes pro feudo. Rubaldus cauarunco et gilselbertus. et ingo frater eius habent aliam partem pro feudo. Archiepiscopus habet partes. II. Plebs de rapallo cum comitibus de lauania. una parte. Alius quarterius est a flumine memi usque ad alium flumen quod dicitur bolago. et a mare usque ad montes. Et iste quarterius diuiditur in. XIIII. partibus. Merulus de castro habet unam partem pro feudo. in biduano. filij gandulfi de matrona. uidelicet gandulfus terretus. filii ottonis de mari. fili

uasalli. et bonifacius uicecomes. isti omnes predicti habent unam partem pro feudo in fuza. Arnaldus spacianus cum fratribus suis. unam partem in gropario. Filij scurlamaze. uidelicet guilielmus panzanus et frater eius. et lambertus gezo pro uxore sua. isti omnes habent dimidiam partem pro libellaria. Plebs habet quatuor partes. et dimidiam. Sanctus stephanus quinque et dimidiam. que fuerunt libellaria hominum de rapallo et dabant pensionem. Decime de nozalogo per medium. Medietas est de boterico et de suis fratribus et de ottobono uicecomite. Alia medietas de filiis oglerii de insula. et filiorum bellamuti et br . . . aneti. et rubaldi rubeci. Decime de piscina. unam partem habet rubaldus cauarunco. Aliam partem que fuit de suis nepotibus tenet curia. Aliam partem tenent filii auocati. excepto hoc quod refutauerunt. Aliam partem tenent iohannes ficus bibere et iohannes porcus de palazolo.

DE LAUANIA.

Decime plebei de lauania. Hii sunt qui tenent eas. siue per ecclesias siue per marchiones. siue per dominum Archiepiscopum. Omnes comites de lauania uidelicet. Omnes domini de cugurno. Omnes domini de turri. Atque p . . . . es graueliasca. atque clauarina. Omnes enim qui in predicto plebeio decimas colligunt. per aliquem istorum supradictorum ipsas reclamant. preter Girardum de solario. qui tenet decimas de sanguineto. et preter garganum de garibaldo con (*sic*) suis consortibus qui tenet decimas de riuariolo. et de confinio illo.

DE SIGESTRI.

Decime plebei de sigestri diuiduntur in quatuor partes. filii canonis (*sic*) de uezano. tenent medietatem de tribus partibus decimarum. Alie medietatis due partes tenent filii Rubaldi de lauania.

Terciam uero partem que restat habet guilielmus de lagneto. et uno (*sic*) caponus cum fratribus suis uidelicet conone et gandulfo. Alium quarterium tenent filii supradicti Rubaldi. in cmdidasco et in nuano. duas partes. Filii Rolandi de passiano de eadem quarta tenent in uenali. et in ginesta. et in melsa. Filii girardi comites de lauania. tenent in terra campasca. et in ibiola. et in uilla que dicitur amea. Et quarta pars attinet ad filios B . . . . daldum et C . . . . . . um.

DE UARIA.

Decime plebei de uaria diuiduntur in quatuor partes. Omnes comites de lauania tenent quartam partem de tota decima in plebeiatu uarie. inter fluuium nomine scabianam. et alium fluuium nomine quilinam. sicut intrant in uariam. usque ad faum cascaui. et ecclesia de uari. tenet aliam quartam inter iam dictum fluuium quilinam. alium nomine coloanam. sicut intrant in uariam. usque in montem. Filii cononis de uezano. et filii oglerii de lagneto. et homines de salino. tenent aliam quartam inter predictum flumen coloanam. et alium nomine staduram. sicut intrant in uariam. usque ad centum cruces. Idem homines de uezano predicti filii cononis cum sociis suis tenent aliam quartam. citra uariam. et inter uariam et scabianam. Hec sunt nomina hominum de salino. qui tenent supradictam decimam. Anfossus. Rubaldus. Malus filiaster. Vetulus. . . cum fratribus suis. Filii guidonis de nasci.

DE MONELIO.

In plebeio de monelio sunt quatuor partes. Vnum quarterium habet ecclesia. Alium quarterium tenet Guido de nasci. et rubaldus nepos eius. Alium uero quarterium tenet caput uidei et Guastauinus frater eius. alium quarterium habent filii Rubaldi. et filii girardi. et filii pagani comitum. In quarterio ecclesie habet strambus et

consanguinei eius de passiano. et Albertus de lagneto. et filii gandulfi de lagnedo.

DE PLICANIO.

Isti sunt qui tenent decimas in plebeio de plicanio. Guilielmus de plicanio et frater eius Anselmus. isti tenent decimam in uerzili. et in fontana bona et in moconisi. Rubaldus dene in predictis locis. Petrus de uerzili et frater eius similiter in predictis locis. Filii bosonis in predictis locis. Alinerius et frater eius hoc quod emerunt de decima. similiter in predictis locis. Serui marchionis habent huius decime quarterium quem emerunt ab herede rainardi de modonisi. quia habebat pro libellaria. Et sanctus fructuosus tenent (*sic*) alium quarterium qui fuit de predicta libellaria rainaldi de modonesi. et hoc quod tenent filii tedisii de uerzili. currardus (*sic*). et . . . medeus et opizo strusidus.

DE BARGALIO.

Decime plebei de bargalio diuiduntur partes in quatuor (*sic*). Vnum quarterium tenet plebs. Alium tenet domus cauarunki. uidelicet rubaldus et ingo parruco. et frater eius. et marinus de porta. Alios duos quarterios tenet curia. quam recuperauit a Gulielmo pezullo et a suis consortibus. excepto hoc quod tenet merulus de castro in capella de panisi uidelicet medietatem. Tota alia decima illius plebis ab aqua besanii ultra tenet domus meruli de castro. excepto hoc quod tenent filii carboni de campo et malus mantellus. et hoc est duas partes unius quinte. ex quibus malus mantellus habet nouenam. et filii carboni tenent octo. Albertus de palazolo et frater eius et Ricius de monte cuco et frater eius. et Montanarius. isti tenent decimas de uilla de traso suprano et decimas de cerreto. et decimas de feleto. et de seuasco. excepta quarta de plebe.

DE MOLACIANA.

De decimis plebis Sancti syri de molaciana. Isti sunt qui tenent eas de toto predicto plebeio. Merlus de castro habet tres partes. Plebs et Archiepiscopus habent quartam. Campi donnici. tota decima est Archiepiscopi. et molaciane capelle similiter. Capelle sancti martini de strupa tres partes sunt merlonis. et quarta plebis. Capelle sancti damiani. tres partes merlonis. et quartam tenet Albertus uicecomes et domini de suma ripa. Capella de luco. tres partes tenent modo isti de uolta. uidelicet ingo et buronus et consortes et quartam partem refutauerunt filii oglerii de rudulfo domino Archiepiscopo. Capelle de corsi. tres partes merlonis. et quartam que remanet. tenent predicti de uolta.

DE BAUALI.

Decime plebei de bauali. diuiduntur in quatuor partes. Vnum quarterium habet plebs. Alii tres quarterii diuiduntur per medium. Vnum quarterium et dimidium tenet Guilielmus niger et frater eius baldicion. Alium quarterium tenuit domus rustici de caskifenon. quia refutauerunt Guiscardus et frater eius capharus eas uidelicet quas tenebant.

DE SANCTO VRSICINO.

In plebeio sancti Vrsicini habent isti uidelicet filius maraboti. filij baldi tigne. Jordanus de porta qui refutauit suam partem. et marabotus similiter. et filii alinerii de porta. uidelicet Guilielmus. et olricus frater eius similiter. alius uero filius eius nondum refutauit. Decime de cappella de olei diuiduntur in sex partes. sextam partem habet curia et lanfrancus gabernia et consanguinei eius. Alie quinque partes diuiduntur per medium. Medietas una est amici de murta.

Aliam uero medietatem habent Gulielmus Guercius. et Jdo porcellus et filii idonis de carmadino. et curia tenet ibi decimam que fuit ansaldi gabbi. et de aliis rusticis de manentiano. et plebs habet quartam partem de plebeio.

DE SANCTO PETRO DE ARENA.

Decime plebei sancti petri de arena. diuiduntur in quatuor partes. Plebs habet unum quarterium. Tota alia tenent Canonici sancti laurentii pro maziscola et pro oberto clerico. et Oliuerius de platea longa. et filii gandulfi rufi. et rainaldus de pinasca. et Oglerius uentus. et Bonus matus aluernacius. et decimam quam filii idonis de carmadino tenent in corneliano. et Guilielmus Guercius. et hoc quod guiscardus tenebat in sancto petro de arena quod curia tenet.

DE BORZILI.

Decime plebei de borzili diuiduntur in quatuor partes. Plebs habet unum quarterium. Alios tres quarterios tenent pedegole medietatem totam. Aliam uero medietatem tenent canonici sancti laurentii et filii Ingonis de rainfredo excepto hoc quod curia tenet in uilla que dicitur trasto et hoc quod refutauit obertus pedegola. et iterius frater eius.

DE RIUARIOLO.

Decime de sancta maria de riuariolo. ipsa plebs habet totam decimam sue parrochie. pro quarta totius plebeij. de capella de murta uicecomites scilicet gandulfus terreto et bonifacius frater eius et nepotes eius habent tres partes et ipsa capella habet quartam. Decimas uero de capella de geminiano et de brasile et de campo florentiano et in murta quatuor domus habent cancellarius. et Vgo bello oculo.

DE SANCTO CIPRIANO.

Decime plebei Sancti cypriani et capelle de cisino. quarta pars est ipsius plebis. et tres partes habent filii Oglerii de insula. De capella medolici medietatem habet curia. et meditatem habet ipsa capella. De capella sancti blasii habent decimam obertus cancellarius. et Vgo bello oculo.

DE SANCTO CYPRIANO.

Decime plebei Sancti cypriani et capelle de cisino. quarta pars est ipsius plebis et tres partes habent filii oglerii de insula. de capella medolici. medietatem habet curia. et medietatem habet ipsa capella. De capella sancti blasii habent decimam Obertus cancellarius. et ugo bello oculo. excepto hoc quod ecclesia sancti blasii ibi habet.

Decime plebei de castellione diuiduntur in quatuor quarteria. Vnum quarterium est de plebe. Jterum tria quarteria diuiduntur in quatuor. Vnum est curie Archiepiscopi quod tenebat caput uidei. et Guastauinum. Aliud iterum curie Archiepiscopi. quod tenebat Matilda filia conone (*sic*) de uezano. Tercium quarterium tenent filii oglerii de lagneto. idest Albertus. et Tedisius. Quartum. Rubaldus de salino et frater eius Anfossus. qui dedit illud filje sue in dotem filio Rubaldi de passiano qui uocatur Wilielmus.

DE CELANISI.

Decime plebei de celanisi. diuiduntur in quatuor partes. Ecclesia tenet unum quarterium. Domus maraboti. et iordanis. et alinerii et baldi tigne. tenent alium quarterium. Auocati et bellamutus. et bulzanetus. et filii rubaldi rebecci. et Rufinus canauarius cum consanguineo suo. Et Guilielmus lusius qui refutauit suam partem. Jsti

omnes tenent alium quarterium. Alium quarterium tenent uicecomites. uidelicet filii Gandulfi de . . . . et filii oberti . . . ssi et Rubaldus uicecomes. et frater eius.

DE LANGASCI.

In plebeio langasci. sunt quatuor partes. Filii Oglerij de insula tenent quartam porcionem. Filii Gandulfi de matrona cum filiis merlonis uicecomitis tenent aliam quartam. Gulielmus porcus et filii gandulfi Rufi. et rainaldus de pinasca. et sors uxoris predicti arnaldi baltigadi quam refutauit domino Archiepiscopo. isti predicti tenent quartam aliam. Filius ottonis canelle et filii gargani coclearii et corradi coclearij tenent aliam quartam.

DE CARANZO.

Decime plebei de caranzo. diuiduntur in quatuor partes. Vnus quarterius est ipsius plebis. Alius quarterius est filiorum Wilielmi de nazano. et filiorum oberti clerici. Alii duo quarterii diuiduntur inter Archiepiscopum et filii adaldonis clerici.

INCIPIT DE UASSALLIS.

DE NOBILIBUS HUIUS CIUITATIS

QUI FIDELITATEM DOMINO ARCHIEPISCOPO FACERE DEBENT (*).

Quoniam res sacre sine munimine ac tuitione nobilium uirorum secularium minime tueri possunt. ideoque qui in Archiepiscopatu ianuensium beneficium nomine feudi consecuti sunt. breuiter perstringere nomina uniuscuiusque. et qui fidelitatem ianuensi Archiepiscopo facere debent notare uolumus. Merlus de castello. et filii gandulfi de ripa. Albertus de palazolo et merlus frater eius. Et domini de suma ripa. isti de palazolo et de summa Ripa colligunt pensionem de strupa per feudum. et cetera. et sunt uexilliferi. Et filii aldonis clerici. qui tenent pro feudo molendina de isacurte cum prato. et terram in saline. sicuti ipsi dicunt. Bonus uasallus superbia. et frater eius obertus. et guilielmus superbia. Ingo de uolta. et iordanus de uolta. et fratres eius uidelicet. Guilielmus buronus. et albertus. Guilielmus de curte et Rubaldus frater eius. Isti de uolta uidelicet et de curia colligunt pensionem de ualle bisamni. per feudum. et cetera. Et hec sunt nomina uillarum de quibus colligunt. uidelicet de bauali. de serrino. de monte assiniano. de lugo. de queci.

Vgo de bulgaro. et iohannes frater eius. et consanguineus eorum.

Albertus uentus. Lambertus gecius. et Cuniso frater eius. Guilielmus niger. et Baldicion frater eius. isti ambo colligunt pensionem in plebe bargalii pro feudo. et cetera. Arnaldus spacianus et fratres eius. Guidotus ucheronus. et Oglerius frater eius. Oglerius collum.

(*) L'avv. Canale pubblicò già questo documento nella sua *Storia dei Genovesi* (vol. I. pag. 62) traendolo dal Cicala, che ne riferisce la sostanza nelle *Memorie della Città di Genova* ecc. all'anno 1159, e lo trascrive poi con varie lacune ed interruzioni sotto il 1146 (vol. I. parte I.). Forse è una stessa cosa colla membrana dell'archivio Pallavicini contenente *la lista dei nobili vassalli dell'Arcivescovo intorno al* 1140, citata dal Serra negli *Additamenti* che fanno seguito alla sua *Storia dell'antica Liguria* ecc. (vol. I. pag. 476, ediz. di Capolago).

et nepotes eius. Lambertus guercius. et gratianus guaraccus. Filii boniuassalli guaraci. et filii guilielmi guaraci. Filii gandulfi rufi. Filii Oglerii de Rodulfo. Marchio iudex et frater eius. Terra (*) filius ottonis de mari. et frater eius. Gandulfus terreta. Bonifacius de landa. Obertus tafur cum fratribus suis. Filii idonis de carmadino. Guilielmus guercius. et fratres eius. Filii lamberti de myrto. Filii oglerii de insula. Marabotus et iordanus de porta. et frater eius ionathas. Filii baldi tigne. Filii alinerii de porta. Capharus et uiscardus. et iohannes nepos eorum. isti tres colligunt pensionem de ualle pulcifera pro feudo. et cetera. Lambertus porcus. et Ansaldus frater eius. et omnes filii eorum masculi. debent iurare fidelitatem Archiepiscopo. Obertus cancellarius cum suis consanguineis. Filius berizonis de pinasca. Bonifacius moriens siti. habent terram sancti uincentii pro feudo. Filii oberti uso de mari. et ionathas illorum patruus. Jsti sunt qui habent molendinum de corsi pro feudo. Filii ingonis de ranfredo (**). Filii ottonis canelle. Bellamutus. Bulzanetus. Rubaldus rebecus. Filii guidonis spinole. et Filii oberti lusii. Filii lanfranci aduocati. qui tenent pro feudo a uia que est post domum Guilielmi pieris superius usque in castelletum. et ab ipsa uia inferius usque ad sanctam mariam de uineis pro libellaria. Rufinus canauarius. et filius ottonis nolasci. Ottobonus. Butericus. Merlus frater eius. Filius Rubaldus uicecomitis (*sic*). Isti quatuor tenent pro feudo medietatem molendini. de glariolo et cetera. Filii lanfranci uetuli. et stranlandus patruus eorum. Jsti tenent mansum unum in sancto petro de arena.

(*) *Serra* emenda assai giustamente il Cicala; ed il cavaliere Olivieri (*Serie dei Consoli* ecc. an. 1122) dimostra che da tale *Serra* discese la nobile famiglia così cognominata, la quale ha perciò coi De Mari comune e viscontile l'origine.

Il nome di *Serra* si incontra talvolta nelle antiche carte genovesi; e già dicemmo altrove di *Serra* abbadessa, che nel giugno del 969 fece donazione delle terre di sua proprietà al munistero di santo Stefano.

(**) Con questo nome si interrompe definitivamente la copia del Cicala.

prope ecclesiam sancti martini. et prope pulcifera pro feudo et cetera. Guido de laude.

HEC EST FIDELITAS QUAM UASSALLI FACIUNT.

Ego ab hac die in antea. ero uerus et fidelis domino Ugoni electo in Archiepiscopum. in sede Januensis ecclesie. sicuti bonus uassallus debet esse suo bono domino. et uero. Et non ero ammodo in conscilio neque in facto ut ipse perdat uitam aut membrum. neque quod uenenum accipiat aliquod. uel ei detur. neque honorem suum perdat. quem nunc habet. uel de hinc in antea habebit. in hoc Archiepiscopatu. et si perdiderit quod deus auertat. adiutor ero ad recuperandum fideliter cum suis expensis. Neque quod capiatur uel in carcere mittatur ultra quam ipse uelit. Et si captus fuerit adiutor ero ut supra continetur. Credentias quas mihi dixerit. uel manifestauerit. per se aut per missum suum. uel per suas litteras sub credentia. et ea que mihi uisa fuerint. racionabiliter tacenda. etiam sine credentia imposita nulli manifestabo. nisi per suum mandatum mihi factum per se uel certitudinem sui nuntii aut suarum litterarum. feudum quod a curia Januensis Archiepiscopatus habeo uel teneo. et eos qui pro me tenent ubi sit et quantum sit bona fide si potero. manifestabo. per scriptum uel certa relatione prefato domino meo uel eius nuncio. ab ipso ad hoc destinato. usque ad. VIII. dies uel quindecim ita quod mihi possit elongare terminum si uoluerit.

Hec omnia bona fide attendam. si me Deus adiuuet et hec sancta euangelia.

DE IIS QUI SUNT EXTRA CIUITATEM. CAPUT II.

Opizo malaspina marchio. Filii Guilielmi de nazano. Comites de lauania. Girardus scorza. et Obertus blancus frater eius. Isti duo colligunt pensionem de ualle lauanie pro feudo. et cetera. et alii comites habent alia feuda. Tedaldus de turri. et Enricus frater eius. Simon de monte iardino fecit fidelitatem domino Archiepiscopo.

DE HIS QUI HABENT NAUEM PRO LIBELLARIA. CAPUT IIIJ (*sic*).

Hic notare incipimus illorum nomina qui habent nauem pro libellaria. Merlus de castro habet unam in qua habeat partem. Lambertus medicus cum fratribus suis. tres naues in quas habeant partem. Arnaldus et henricus filii amigonis brusci. habent quartam partem. unius ligni. in quo habeat partem. Omnes isti debent habere semel in anno sicuti superius determinatum est.

SENTENTIA CURIE DOMINI SYGIFREDI JANUENSIS EPISCOPI DE CONTENTIONE QUAM HABUIT CUM BONIFACIO DE UOLTA ET CUM NEPOTIBUS EIUS. ET CUM CURRADO GUARACO. ET CUM GIULIA DE CASTRO. ET DE ALIIS HIS SIMILIBUS CONTROUERSIIS. CAPUT. V (*sic*).

In palacio episcopi in presentia bonorum hominum quorum nomina inferius declarabuntur. fuit orta lis inter domnum sigefredum Januensem epyscopum et bonefacium cum nepotibus suis de uolta. et filio corradi guaraci. et giuliam de castello. talis fuit contentio. ipsi requirebant decimam nauium suarum ex quacumque parte redierint excepto per granum. et quot uices per mare iuerint. semel uel bis. uel ter. in anno. nomine feudi ex parte predicti episcopi. et suorum antecessorum. et dicebant inde habere possessionem triginta annorum. domnus uero episcopus dicebat illis non pertinere nisi semel in anno. et dicebat illam possessionem sibi non nocere. quia postquam carebant titulo possessionis. illorum possessio nulla erat. et alio modo. quia ipsi non possidebant per semetipsos. sed possidebant nomine episcopi. et qui alieno nomine possidet. nulla eius possessio. Hoc placitum positum fuit in laude guilielmi auocati. et alberti guaraci. et guilielmi guercij. et maraboti. et bellamuti. ut quidcquid inde dixerint. ab utraque parte teneretur. uisa et cognita ratione utriusque partis. insimul se consciliauerunt. et lauda-

uerunt et affirmauerunt de hoc placito. et de simul predictis litigatoribus non pertinere decimam illorum nauium. nisi tantummodo semel in anno (*).

DE IIIS QUI DECIMAS TENEBANT ET EAS REFUTAUERUNT IUSSU DOMINI. PAPE. INNOCENTIJ. CAPUT. VI.

Cognitum est ab omnibus fidelibus qualiter placuit domino. pape. Jnnocentio. celebrare concilium et tractare de multis negociis. ad utilitatem fidelium et totius sancte ecclesie dei. Jn quo concilio placuit ei dare sententiam de laicis qui tenebant ecclesiarum dei decimas. quod quicumque laicus decimas ecclesie tenuerit. nisi ecclesie reddiderit. sciat se sacrilegum crimen committere. et periculum eterne damnaptionis incurrere (**). Quod preceptum cum dominus Archiepiscopus Syrus predicaret alii ex illis qui tenebant decimas timore dei compuncti. propter salutem animarum suarum decimas quas tenebant siue in mari siue in terra. deo et domino Syro uenerabili Archiepiscopo refutauerunt.

HEC SUNT NOMINA EORUM. CAPUT. VII.

Lanfrancus aduocatus. Guilielmus piper. Guilielmus lusius et fratres sui. Filii guidonis spinule. Capharus. Guilielmus filius eius.

(*) Il Cicala assegna questa sentenza all'anno 1129.

(**) *Concilium Lateranense II generale sub Innocentio II summo pontifice habitum, an* 1139. Tit. X. *Ne laici decimas vel ecclesias retineant* etc. *Decimas ecclesiarum, quas in usu pietatis concessa esse canonica demonstrat auctoritas, a laicis possideri apostolica auctoritate prohibemus. Sive enim ab episcopis, vel regibus, vel quibuslibet personis eas acceperint, nisi ecclesiae reddiderint, sciant se sacrilegii crimen committere, et periculum aeternae damnationis incurrere* (V. Mansi, *Sacror. Concilior. Collectio*, Tom. XXI. col. 528).

Henricus filius alinerij. Alcherius guarachus. Filius boni uasalli guarachi. Iterius pedagula. Filii oberti pedeguli. uidelicet ionathas et uasallus senior. Oglerius capra. Primus frater suus. Jngo pellisella. Lanfrancus de oglerio de rodulfo. Ansaldus gabbus. Bellamutus. Marabotus. Otto calabronus. Filii oglerii de rudulfo. Vxor arnaldi balticadi. Jngo de uolta. Guilielmus buronus. Iordanus de porta. Guiscardus. Lanfrancus manducans ferrum. Oliuerius de platea longa. Filii alinerii de porta. Jngo parruchus. Jdon de carmaino. Bonus iohannes malus filiaster decimam refutauit in manu domini Archiepiscopi.

Wilielmus porcus. Merlus uicecomes. Rufinus caneuarius. Merlotus refutauit. Grimaldus. et Rainaldus de pinasca refutauerunt in plena curia. Gracianus guaracus refutauit decimam. Jn presentia Presbiteri Alberti sancti laurentii. et Augustini fratris eius. et Oberti guaraci. et filie ipsius graciani. Bonifacius uicecomes refutauit domino Vgoni Archiepiscopo ianuensi decimam. Odo uicecomes paruus. et anzanus refutauerunt. Obertus de insula. et filius eius Wilielmus similiter.

CARTULA CAMPI FLORENTIANI.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Syrus dei gratia januensis ecclesie seruus et Archiepiscopus licet indignus ecclesiarum christi prouidens utilitati in quarum sollicitudinem sum diuina dispositione uocatus. ea que a predecessoribus bene preordinata sunt. cupio integra. et illibata custodire. Que autem melioris incremento studii uidentur egere. uolo ad perfecte consumationis formam. quantum mihi diuina misericordia inspirauerit corrigendo perducere. Jdeoque tibi karissime frater beniamin abbati monasterii sancti mauri. quod est constructum in taurinensi pago. tuisque successoribus capellam iuris ecclesie nostre in honore beati proto *marthyris* stephani edificatam in loco qui dictur campus florentiani super flumen pulcifere in perpetuum regendam committimus. Vt uidelicet per capellanos

aut monachos tuos ibi digne seruiatur. et ut ipsa ecclesia in meliorem statum crescat. et possessionibus. atque honoribus amplietur. Preterea statuimus ut januensis ecclesie canonicam seruent obedientiam quicumque ibi habitauerint capellani uel monachi. Simul quoque capellanus uel monachus qui ibi erit nobis et successoribus nostris manum dabit seruande obedientie. et per annualem censum in festiuitate sancti mathei apostoli sex libras cere persoluet. Condescendentes enim nos et fratres nostri precibus tuis pro affectu amoris quo te semper diligere uolumus uotum petitionis tue exaudiuimus. Et ut hoc scriptum nostre liberalitatis ratum firmumque maneat in perpetuum nostro sigillo precipimus insigniri. Factum est hoc anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi M.C.XXX. nono. Jndicione prima.

✝ Ego Syrus Januensis Archiepiscopus subscripsi.

✝ Ego Vgo Archidiaconus subscripsi.

✝ Ego Guido prepositus subscripsi.

DE USU UASALLORUM QUI SUNT CIUES. CAPUT VIII.

Prouidentes nos utilitatem et honorem Januensis curie. dignum duximus memoria sempiterna recordare. que seruitia tam in pecunia quam in rebus aliis. Vasalli. Januensi Archiepiscopo facere debeant. Cum uadit ad se consecrandum. uel quando appellat eum romana curia ad synodum quisque debet ei persoluere secundum partem feudi quam pro ipso tenet.

Merulus de castello debet dare duos homines. aut solidos. xx. Filii aldi clerici hominem unum. aut solidos. x. Orriarii. (*) hominem unum. aut solidos. x. Domus curradi de uolta. hominem unum aut solidos. x. Jngo pedegola. hominem unum aut solidos. x. Nepotes donumdei. hominem unum. aut solidos. x. Guaraci. hominem unum. aut solidos. x. Domus gandulfi rufi. hominem unum. aut solidos. x. Domus de casckifeloni. hominem unum. aut solidos. x. Domus

(*) Forse quelli della famiglia D' Oria.

maraboti cum consanguineis suis hominem unum. aut solidos. x. Domus idonis de carmadino. hominem unum aut solidos.x. Filii benzi de murta. hominem unum. aut solidos. x. Oglerius de insola. hominem unum aut solidos. x. Domus gandulfi de matrona. hominem unum aut solidos. x. Domus ottonis belloculi. hominem unum. aut solidos. x. Bonifacius mortuus de siti. hominem unum aut solidos. x. Otto canella. hominem unum. aut solidos. x. Domus de guido spinola. hominem unum aut solidos. x. Filii oberti grassi et ingo. hominem unum aut solidos. x. Filii auocati. hominem unum aut solidos. x. Filii pagani de rainfredo. solidos. vi. Filii oglerii de rodulfo. solidos. IIII. Albertus de palazolo et frater eius solidos. v. Rubaldus cauarunco. solidos. v. Filii gandulfi de ripa. hominem unum. aut solidos. x. filii anselmi de ima solidos. v. Lambertus porcus. solidos. v. Arnaldus spacianus cum fratribus suis. solidos. v. Bellamutus hominem. I. aut solidos. x. Marchio iudex hominem unum aut solidos. x.

INCIPIT PROLOGUS DE PENSIONE QUE INFRA CIUITATEM ARCHIEPISCOPO PERSOLUUNTUR *(sic)*

Cum plures magis causae suae commodum considerantes multotiens cupiditatis causae detenti. que de iusticia singulis annis persoluere debeant negare soliti sint. quasi peccato aliquo non tenerentur. diligenter in hoc capitulo notare uolumus. qui sunt illi qui pensiones domuum tribuere debent. et quantum unusquisque ianuensi curie debeat persoluere. Propterea ne in maius dampnum uenire ulterius possint. et illi uel illorum heredes in tempore aliquo quod iustum fuerit nullatenus negare possint.

CAPUT IIII. (VIII)

Filii lanfranci auocati dant denarios. III. papienses ueteres de domo colta. Guilielmus piper denarios. VI. ianuensis monete. de castelleto. quantum concessit ei. Syrus ianuensis Archiepiscopus

pro libellaria. Guilielmus niger et baldicio frater eius. denarios. XIII. et dimidium de hoc quod tenent in monte sancti michaelis. usque in uiam pubblicam de sancto thoma. Guilielmus filius caphari. denarios. jjj. de monte lanerio. Odo gerandus. denarios. XVIII. ianuensis monete. de manso que (*sic*) in sancto petro de arena. iuxta mansum pandulfi filii nichole medici. Pandulfus predictus. denarios. iiij de predicto manso. Lambertus porcus et ansaldus frater eius. denarios. XVIII. de domibus in quibus habitant. et de sancto uincentio. et de bisanno. et de nerui. et de mazasco. et de rapallo. et de trepelixi. Guilielmus caitus. denarios. III. de domo quae est iuxta turrem porcellorum in qua habitat. Anselmus de gotizone baldo. medium dispendium dat ad ordinandum unum hominem qui uadat singulis annis ad sanctum romulum. de domo quae fuit castauentiae. Guilielmus custos. de domo in qua habitat et de hoc quod habet ex parte uxoris in domo culta. et in uico molazo. dat denarios. II. Johannes langascinus ferrarius. denarios. IIII. de hoc quod habet in domo colta ex parte uxoris et in uico molazo ..nneta dat denarios. III. de domo quae est iuxta domum guilielmi custodis. Bastardus. denarios. III. Guineguissius. denarios III. de domo in qua habitat. et de illa quae est ex altera parte uersus curiam archiepiscopi. denarios. III. Ansaldus paucalana. dat denarios. III. pro domo in qua habitat rapiolus. Guilielmus de curia et uxor quae fuit ardicionis castauentiae. debent dare denarios. III. de domo quae fuit ipsius ardicionis castauentiae. Oglerius de oliua de domo que est iuxta domum Lamberti porci. denarios. XI. Obertus turris et ido frater eius. denarios. II. de domo quae est iuxta domum guilielmi custodis.

Millesimo. centesimo. sexagesimo nono mense Augusti. Obertus spinula soluit pensionem domorum usque ad. X. annos uenturos pro se ad rationem de denarios. II. et quartam (*).

(*) Il Cicala riferisce con discreta esattezza il contenuto di questo capo sotto l'anno 1169, indottovi forse dalla data della presente annotazione, la quale si vede scritta con diverso inchiostro e caratteri assai piccoli, ed è in sostanza una delle varie aggiunte cui altrove accennammo.

DE TOTA CURIA MOLACIANAE. CONDITIONES. CAPUT J.

Iste sunt conditiones quas ianuensis Archiepiscopus de curia molacianae debet habere. de bazali. et de cella de loco bauali. et de medolico. et de uilla sancti Syri emiliani. et de uico molacio. et de salino et sancto petro de arena.

Omnes homines qui in his predictis locis habitant et terram episcopatus tenent etiam si in ciuitate habitant. primum debent fidelitatem iurare domino Archiepiscopo. ubicumque manent. et debent iurare quod non debent uendere nec dare terras ipsius Archiepiscopatus. neque molendina nisi in famulis de curia ipsa. et per licentiam ipsius Archiepiscopi. Conditiones uero iste sunt.

DE LOCO BAZALI. CAPUT. IJ.

Mansus de bazali. de ficano et de clusura et de . . . . de scandoleto. cum molendinis. uidelicet cum molendino subterrato. et cum britisca. et conditione molendini de lacu. De istis predictis mansis debet habere duos porcos. et medium precii solidorum. x. et pro muntonibus duobus et medio. solidos. v. et de duobus agnellis et medio. solidos. ii. et medium. Bibens aqua de bazali dat denarios. xii. in natiuitate domini. de manentadico. Gandulfus maurus denarios. xii. similiter de manentadico. Gandulfus rufus. denarios xii. de manentadico. Jnsuper inter homines omnes predictos et qui tenent res predictas. debent dare circulos. xxxii. aut denarios. xxx. ii. et debent facere opera. scilicet colligere fenum et ducere ad curiam et colligere castaneas et ducere ad cratem. et trahere de ricis. De loco de parte de bazali. Lambertus. denarios. viiii. de conditione. Gandulfus tarante et filia fredaldi, debent facere quinque dies in secando fenum.

De loco de cerreto denarios. viii. de fontanigi.

De loco quem tenet oto bonus inter omnia. vi. solidos.

CONDITIONES.

De molaciana Clericus brunus. denarios. vi. de conditione. Locus de tanneto. denarios. xii. Locus quem tenet quarterius et buronus. solidos. iiii. et denarios. iii. Locus bonus martinus de burgo. dat solidos. vii. Locus de podio solidos. ii. lerius *(Alerius)* denarios. xii. et de terra de camparia. denarios. vi. morellus. de clausa. denarios. iii. Filius guaita foliae. de sabbadatico. denarios. xii. et de campo castorio denarios. xii. et de terra de subtus curia. denarios. vi. Bonus iohannes de subtus curia. denarios. vi. de ipsa terra. De molendino de periculo omnes qui tenent ibi dant solidos. ii. Molendinum domnicum denarios. viii. et pro azimis duabus. Molendinum de lacu draconario. denarios. xx. De loco campi domnici quem tenet anselmus de roza. denarios. viiii. De brolio. denarios. xii. Ficus de castaneis. denarios. xi. Martinus binellus. denarios. xiiii. et pullos. ii. pro comeatu. De loco de clapa denarios. xviii. De loco de benzone pro quarta parte. ii. capones . De loco de codula. ii. solidos et dimidium. rucherius de ualle. denarios. xii. et duas gallinas de terra bellandini de prato. Andrea gallina. solidos. ii. et dimidum. Johannes de clausura. denarios. xxvii. et pro spalla denarios. xii. et pullos. ii. et açimas. ii. et pro comeatu. pullos. ii. Locus de montexello. solidos. viiii. De manso bazario qui fuit de porcellis. solidos. iiii. et dimidium. De fontanile. denarios. xviii. de conditione.

De terra quae fuit de martino binello. dant nepotes eius spallam unam pro manentatico. quia sine herede obiit. bertus *(Obertus)* scutarius dat solidos. ii. pro terra quae fuit nepotis uxoris suae. et Vgonis de fredaldo. eo quod sine herede mortuus est.

DE CONDITIONE MANSORUM DE UICO MOLACIO. CAPUT. III.

De manso de ripa solidos. xiii. iohannes de prado dat ex eis solidos. vii. et inter ferrum acutum et iohannem fratrem eius. solidos. vi. De manso de prado. denarios. xii.

De manso de fontana. denarios. iiii. minus tercia denarii. qui fuit filiorum mauri. et de loco de gaza. De manso de ripa. presbiter andreas et consortes eius. capones. ii. De manso de maxeredo. calbertus pontius cum suis consortibus capones. ii.

HIC INCIPIT DE CONDITIONE PORCORUM ET ARIETUM ET AGNORUM. DE LOCO CELLA. CAPUT. IIII.

Homines de cella de loco bauali. solidos. iiii. pro porco. et pro muntone. solidos. ii. et pro agno. denarios. xii. ex quibus dant martinus caramagnus cum suis consortibus. quartam partem. Scipha cum suis . . . . quartam. Obertus de ingone cum suis consortibus aliam quartam. Filii bruschi. alteram partem.

ITEM DE BAZALI.

De mansis de bazali. porcos. ii. et dimidium. et muntones. ii. et dimidium. sicuti superius dictum est.

ITEM DE MANSO DE CASTANEIS.

De manso de casteneis. pro porco solidos. iiii. et pro muntone solidos. ii. et pro agno denarios. xii. et omnia predicta dant richus de castaneis cum suis consortibus. et faciunt operas. scilicet colligunt perticas in nemore. et deferunt eas ad domum cultam. et putant ipsam uineam. et faciunt ea que necessaria sunt ipsi uinee.

et in uindemiando. et in pistando. et ad butam deportando. et defferunt fenum de prato. et colligunt ipsum. et ponunt intus in domum. et colligunt castaneas. et trahunt de riciis. et ducunt ipsas usque in cratem. et mittunt sursum.

ITEM.

De manso de monte. habet solidos. III. pro porco. et dat eum boso de monte cum suis consortibus.

ITEM.

De duobus mansis de ualle. pro porco uno solidos. III. et pro muntone. solidos. II. et pro agno denarios. XII. et dant ea ansaldus de ualle cum consortibus. et iohannes de pagano cum suis consortibus.

ITEM.

De manso . . . . de tracosta pro porco solidos. III. pro muntone. solidos. II. pro agno. denarios. XII. et dant hoc dominicus cazator cum suis consortibus. et paganus de ca de uia cum suis consortibus.

ITEM.

De manso de glaredo. pro porco solidos. III. pro multone solidos. II. et pro agno. denarios. XII. et dant ista guilielmus de glaredo et eius consortes. et filius caualerii cum suis consortibus. et bonus iohannes de traicosta cum suis consortibus. et debent facere opera sicuti homines de oliua.

ITEM ET DE ALIIS OPERIBUS.

De manso de oliua pro porco solidos. III. et pro muntone soli-

dos. II. et pro agno denarios. XII. terciam partem dat anfossus cum suis consortibus. et iohannes de oliua cum suis consortibus aliam terciam partem. et iohannes molaciana et iohannes morellus aliam terciam partem cum suis consortibus. excepta illa tercia pars que remanet super garilium de his duabus partibus de isto manso quas tenent isti de prefata oliua. uidelicet anfusso cum suis consortibus. et iohannes de oliua cum suis consortibus. isti prefati. faciunt quinque secaturas. et facit palos pro uinea. et acuit ipsos ubicumque sint. et facit scindulas. et cooperit tectum. et stringit butes. et torcularia. et tinam. et alia pars tercia que remanet. facit guaitam cottidie. excepto quod pars tercia moritur in garilio.

ITEM.

De loco de clapa. filii guaita follie cum suis consortibus. et blancus de ualle cum suis consortibus. denarios. XII. pro porco.

ITEM.

De codula. baldus colexella cum suis consortibus. et obertus primus cum suis consortibus. denarios. XVI. pro porco.

ITEM.

De loco de podio. pro porco. dant ansaldus de podio cum consortibus. et obertus lapso cum suis consortibus. denarios. VII.

ITEM.

De alleo. unum agnum ad pascha pro conditione. in alia parte dant solidos. III. et denarios. IIII. et dimidium. et pro pane denarios. V. et gallinas ueteres. V. et feni fascios. V. et minas anone. V. et

iuncatas. VI. in sancto iohanne. II. et in sancto sylo. II. et in sancto laurentio. II. et casei libras. L. et cofosios. III. et secatores. XV.

ITEM.

De tannedo superiori et inferiori. singulis annis in natiuitate domini scutellas XXX.

ITEM.

De molaciana foresterii duo membra porcorum. in natiuitate domini. et capita foci in natiuitate domini. II.

Gastaldiones dant oua. C. in pascha. et spallam. I.

Turtexanus dat fascium. I. spitorum.

De manso de ualle. solidos. II. de pensione.

De murtedo uidelicet de uilla que est iuxta uiam uillam corsi. solidos. IIII. et dimidium. de pensione.

De pastino de corsi. solidos. III. de conditione pro tercia parte.

Bonus martinus de corsi. spallam. I. denariorum. XII.

De molaciana pro porcis. solidos. XL. et denarios. XI.

De montonibus solidos. XVII.

De agnis. solidos. VIIII. et denarios. VI.

De conditionibus libras. III. et solidos. X. et denarios. I.

Millesimo centesimo. LXV.

De loco bisanni quem tenebat alda dat lambertus calcator solidos. XXXI. inter omnia.

De loco subtano iuxta molendinum porcellorum dat bonandus. solidos XVIII. inter omnia.

OPERARII DE MOLACIANA. CAPUT V.

Isti sunt operarii de molaciana. iohannes de bruxedo. Roza de tannedo. clericus brunus. filii manducantis pyrum. filii iohannis

de costa. macallufus. gandulfus barellus de tannedo. filii martini prendentis panem de ualle. filii garardi. filii nigri corui de ualle. filii iohannis moreni de ualle. filii gassiani de ualle. filii buti de ualle. filii nigri de casa de uia. bonus bellus de casa de uia. andreas presbiter et frater eius. filii martini de communisi. filii gyrardi fratris eius. filii anselmi de ortale. iohannes rex de communisi. filii pagani de nuce de ualle. filii boni infantis caualerii de glareto. filii rainaldi clapucii de sancto syro. filii iohannis clapucci fratris eius. filii belloti de sancto sylo. filii lormanni fratris eius. uillanus de sancto Sylo. ricus de castaneis. filii brachi de ualle. blancus de ualle. guascherius de ualle. nichola de malliolo. et martinus consors illius qui moratur iuxta ipsum. iohannes brucherius. omnes isti faciunt opera. putant uineam. et faciunt perticas de domo culta. et ducunt ad uineam. et cauant ipsam. et uindemiant. et ducunt in torculare. et pistant et ponunt mustum in butes. et propaginant ipsam. et colligunt fenum. et ponunt in domum. et colligunt castaneas et ponunt in cratem.

FENI SECATORES DE CURIA MOLACIANE. CAPUT VI.

Isti sunt qui secant fenum in curia molaciana. omnes homines de allio debent dare. xv. secatores. gandulfus tarantus debet dare duas partes. quinque secatorum. filii fredaldi debent dare terciam partem que remanet illarum quinque secaturarum.

Omnes homines qui habitant in oliua faciunt quinque secaturas. quorum . . . . petronus. et anfossus frater eius. iohannes ragius. petrus balbus eius nepos. obertus frater illius. filii iohannonis. bonus iohannes de bruxedo magister facit duas secaturas et mediam. gandulfus quarterius et ansaldus frater eius et obertus tannedus similiter illorum frater faciunt quinque secaturas. paganus de ca de uia. et filius iohannis brunengi fratris eius. faciunt quinque secaturas. omnes filii guaita follie et marchisius filiaster eius faciunt quinque

secaturas. et filiaster ipsius facit terciam partem ipsarum quinque secaturarum.

Homines de nasci tenent de rebus domini Archiepiscopi. in cazania. III. homines per manentaticum. In casinello. II. mansos. et in cexena. II. mansos. In sancto Syro. I. locum. In casale de petrone. medium mansum. In salterana. I. mansum. In castaneto uetulo. I. mansum et medium. In asturaire castanetum pro tribus castaneatoribus. In castello. II. mansos. In cedona. I. mansum.

Filii cononis de uezano tenent de rebus domini Archiepiscopi. In humedo. I. mansum. In arcene. III. mansos. In cembrano. III. mansos. In cadranza. XII. mansos. In configno. I. In gomedo. I. mansum. In castellione. III. mansos. In costa de rubeis tenent libellariam sancti syri.

De monte sancti ambrosii. in uno anno. VII. libras. et VII. solidos. In alio. VIIII. libras. et VII. solidos. que tenent filii cononis de uezano de curte domini Archiepiscopi.

DE OPERATORIBUS TOTIUS CURIE MOLACIANE.

Isti sunt operarii de molaciana. et illius confinio. uidelicet de bazali. secundum partem que euenit unicuique rationabiliter. scilicet debent colligere fenum in prato et ducere in domum. et colligunt castaneas. et extraunt ipsas de ricis. et mittunt in cratem. Filii iohannis cullozoli de clausura. iohannes bruningus de bazali. iohannes de scandoleto filius Guilie. filii iohannis bollexini. tarantus de bazali. filii benzonis. filii fredaldi. filii rufini. gandulfus Rufus. cophus. filii buti de castaneto. obertus acutus. andreas gattus. guilielmus de parte de bazali.

INCIPIT DE GUAITATORIBUS CASTRI DE MOLACIANA. CAPUT VII.

Mansus de tradicosta.

Mansus de communisi.

Mansus de ualle.

Mansus de plazio.

Mansus de campo domnico.

Mansus de monte.

Mansus de monticello.

Mansus de prato.

Mansus de gubernatis.

Mansus a ualle Sancti Syri.

Omnes homines qui detinent istos predictos mansos. debent uigilare in noctibus ad seruandum et custodiendum castrum singuli secundum uices et partes suas per totum annum. scilicet omni tempore. ita ut in omni nocte duodecim homines simul faciant ipsam custodiam.

Mansus de traicosta. et mansus de communisi. et mansus de ualle. de istis tribus mansis. tres guaitas omni nocte per totum annum.

Manso de burgo. manso de carbone. isti duo dant omni nocte guaitam unam per totum annum. excepto quantum pertinet ad curiam.

Manso de campo domnico debet facere guaitam unam cottidie per totum annum. minus sexta parte que moritur pro curia.

Mansus de monte cottidie guaitam unam.

Mansus de plazio. guaitam debet facere per IIII. menses.

Mansus de prato de sancto sylo. debet facere guaitam per duos menses.

Mansus de ualle de sancto sylo menses. III. in uno quoque anno.

Mansus de gubernato similiter.

HEC SUNT NOMINA GUAITATORUM. ISTI SUNT DE TRAICOSTA.

Dominicus caciator cum fratribus suis. Gandulfus claranus et nepotes eius. Filii uiuiani cum suis consortibus. Bonus iohannes de centum solidis et filii guilie.

ISTI SUNT DE COMUNISI.

Johannes rex de communisi cum fratribus suis. Bonus bellus de cambaliuola cum fratribus suis. Filii uiuiani cum oberto bureno et cum bucono. Paganus de ca de uia cum suis nepotibus. Guilielmus corradus cum fratre suo. Bonus bellus de ca de uia cum fratre suo.

ISTI SUNT DE UALLE.

Baldus panis paratus de ualle. cum suis sororibus. Ansaldus de ualle et baldus frater eius. Johannes gambarellus. et baldus colicellus. et cesera. Johannes daturus cum fratribus suis. Gandulfus quarterius cum fratribus suis.

ISTI SUNT DE BURGO ET DE CARBONE.

Bonus martinus et bellinus. Molaciana cum fratribus suis. Johannes murellus cum fratibus suis. Obertus lanzo cum suis consanguineis. Filius bertrami et gandulfus quarterius. Clericus de prato. et Vgo pidisino.

ISTI SUNT DE PLAZIO.

Presbiter andreas cum suis nepotibus duos menses. Bonus martinus et obertus. Berta de tannedo. duos menses.

ISTI SUNT HOMINES DE MANSO DOMNICO.

Gandulfus alpanus. et zenoardus consanguineus eius. Filia gotizi de mazorano. Plena de mazorano. et ansaldus brauus. Filii belloni de sorbula. Obertus calcaneus et frater eius anselmus. Bonus iohannes et petrus. Anselmus uitalis. Petrus de subtus riua. et

andreas carneleuarius. Ansaldus medius panis. et frater eius petrus. Andrianus de campo domnico.

ISTI SUNT DE MANSO DE MONTE.

Girardus de monte cum suis sororibus. Johannes boso cum sua amita oliua. Collaredo cum cognatis suis . . . . octeria. Ansaldus medius panis et zenoardus.

ISTI SUNT DE MANSO DE PRATO SANCTI SYRI.

Filii alberti de prado. Baldus colisellus. et soror eius offiza. Alferius de allio cum suo germano. Villanus cum suo cognato. Andreas de codula et lanfrancus . . . . . berizo de alleo et frater eius. et martinus de poio.

ISTI SUNT DE MANSO DE UALLE.

Martinus binellus cum fratre suo . . . uascerius. Obertus buronus et frater eius et andreas. Johannes sterpon et frater eius. et martinus. et isabella soror iohannis morelli. et filii guaita follie.

ISTI SUNT DE MANSO DE GUBERNATO.

Giselbertus de zambazario. et andreas gallina frater eius.

DE USU ET CONSUETUDINE CASTELLANI DE MOLACIANA. CAPUT. VII.

Hec est consuetudo et usus castellani qui custodit castrum de molaciana quicumque sit. in unaquaque die debet uocare guaitatorem. et si non uenerit ad guaitam sabbato sequenti debet accipere ab eo. denarios. II. quod si nollet ei dare. habet potestatem pignus accipiendi.

HEC EST CONSUETUDO ET RATIO SINGULORUM QUI DEBENT GUAITARE UEL EXPENDERE PRO GUAITA.

Omnes homines illi qui habent partem in manso de traicosta. aut debent facere guaitam per totum annum. aut dare solidos. VIII.

Illi omnes qui tenent mansum de comunisi similiter solidos. VIII. aut facere guaitam per totum annum.

Illi omnes qui tenent mansum de ualle. aut facere guaitam cottidie. aut. solidos VIII.

Illi qui tenent mansum de burgo. inter omnes aut facere guaitam per sex menses. aut dant solidos. IIII.

Illi qui tenent mansum de plazio. aut facere guaitam per tres menses. aut dant solidos. II. et denarios. VIII.

Illi qui tenent mansum de campo domnico inter omnes aut facere guaitam per menses. X. aut dare solidos. VII. et denarios. VIII.

Illi qui tenent mansum de monte aut guaitam cottidie. aut solidos VIII.

Illi qui tenent mansum de prato Sancti syli. aut guaitam per duos menses. aut. denarios. XVI.

Illi qui tenent mansum de ualle aut guaitam per tres menses. aut solidos. II.

Illi qui tenent mansum de gubernato aut facere guaitam per tres menses. aut solidos. II.

DE CURIA MEDOLICI CONDITIONES. CAPUT. VIII.

Iste sunt conditiones quas archiepiscopatus habet in curia medolici. uel habere debet. In primis debet habere fidelitatem de omnibus ipsius curie. ubicumque manent siue in ciuitate siue in uillis. eo modo sicuti faciunt homines de molaciana.

De manso de cauanna debet habere porcum. I. precii solidorum.

III. et de muntone et agno. denarios. XVIII. et tres partes unius spalle. et pro circulis denarios. III.

In alia parte pro predicto manso de cauanna. pipinus et bernardus debent dare. denarios. III. Roza de ficario cum filiis suis. pro porco denarios. XII. et de muntone et agno. denarios. VI. et pro circulis denarium I. et quartam partem unius spalle.

De manso de casa subtana quem tenet baldo et obertinus. habet porcum. I. solidorum. IIII. et pro muntone. solidos. I. et pro agno denarios. XII. et debent stringere butes. et debent dare spallam. I. pro aporto.

De manso anselmi presbiteri petri de ponte quem tenent filii bellicari cum suis consortibus cum gisla de pauone debent dare denarios. XIII. et dimidium de porco. et de muntone et agno denarios. VII.

Manso cunize de porcile. denarios VI. pro porco. et pro muntone et agno. denarios III. et pro spalla denarium. I. et dimidium. et pro circulis denarium medium. hoc debet dare anselmus de costa et bonus iohannes de porcile cum fratribus suis.

De casa de runco. inter andream et algudam sororem suam debent dare pro porco. denarios. XVI. et pro multone et agno denarios. VIII. et tertiam partem unius spalle. pro circulis denarium. I. et terciam denarii. et debent stringere butes in tercia parte.

De manso de gazo quem tenet guido cuzola denarios. VI. pro porco. et isti predicti duo debent dare denarios. VI. pro multone et agno. et debent dare pro circulis denarium. I.

De loco porcili. petrus alferius. solidos V. pro porco. et spallam. I.

De castagneto de porcile. denarios. XII. pro porco. de sororibus oberti de morella.

De manso de cerro. pro porco solidos. IIII. et pro multone et agno solidos. II. et spallam. I. et pro circulis denarios. IIII.

De donato de cerro. denarios XVIII. pro porco. de omnibus libellariis quas comparauit pater eius. et ipse et frater eius petrus uidelicet. de manso de cerro. de alberico et carlo fratre eius. et

ansaldo et de moreno. et de casa de morella et de paule. et de panicali. de omnibus his rebus debet dari sicut dictum est.

De manso de ponte qui fuit ariberti quem tenuit . . . . et andreas de runco. debent solidos. x. pro porcis. et spallam. I. et gallinas. II.

Anselmus de costa et fratres sui. solidos. III. pro porco. et spallam. I. et pro agno denarios. XII.

De manso de gazo quem tenet guido cuzola. solidos. V. et spal lam. I. cuzula et oglerius gatus. in manentadico. a le case. denarios. XXVII. et spallam. unam.

De podio. allo. solidos. III. et spallam. I.

De loco de costa. denarios. XXVI. et spallam unam.

De maioleto de cerro. spallam. I.

Donatus de cerro. spallam. I. de magnoleto.

Obertus Rufus. spallam. I. duodecim denariorum. et solidos. III. de manso de suaro quod tenet pro manentatico.

De molendino de cantone spallam. I. et capones. II. de prato.

De manso de cauanna qui fuit caualerio spalla. I. et denarios. XVIII.

De canneto medolici spallam. I.

Filie alberici de cerro. spallam. I. de conditione.

Ecclesia sancti andree spallam. I.

De uasto. et de ualle alta. solidos. V. et dimidium. de conditione.

Ansaldinus de cauanna. spallam. I. pro figario.

De manso de ualle calida. solidos. III. et spallas. II. et pullos. II.

Girardus Gastaldus de loco gaziolo. denarios. II.

Albertus curtus. denarios II. pro clausa.

Rainaldus de costa et anselmus frater eius. denarium. I. de uineola de ponte.

De dote ecclesie sancti quirici denarios XVIII. de conditione.

De prado episcopi. spallam. I.

Gastaldus de medolico colligit decimas de campis. et de magnerri et de iugo. et dat spallam. I.

De castagneto de plano de gazio. spallam. i.

De manentatico sancti olaxi. habemus capones. duos. et medietatem de uino et de castaneis.

Gastaldus pro castaldatico. spallam. i.

De castello qui fuit de Archipresbitero sancti cypriani. et eius amite. habemus spallam. i. et duos capones. et medietatem castanearum.

De loco qui fuit de trenkerio. habemus medietatem de uino et de castaneis et spallam. i.

De hoc quod emimus a uassallo sibilatore. capones. ii. et medietatem castanearum.

De hoc quod emimus a socera nasse. medietatem castanearum. et gallinas duas.

De loco montis alti qui fuit lanfranci de saporito. medietatem uini et castanearum. et pullos. ii.

Inter ansaldinum et bernardinum. spallam. i. pro aporto.

De domnicato de plano de gazio. spallam. i. et capones. ii.

De loco de uico quem tenet martinus cerasiarius dare debet solidos. ii. et dimidium. pro conditione. et medietatem de castaneis. et hoc debet facere usque ad annos uiginti nouem. his uero transactis debet iungere denarios. xii. pro condicione. et dare medietatem de uino. et de castaneis similiter.

De locis de sancto olaxo qui fuerunt filiorum ansaldi sardene. debet habere curia pro omnibus condicionibus solidos. xviii. et medietatem de uino et de castaneis. et spallam. i.

De terra que fuit iohannis de leda quam habebat morella. et de parte quam habebat in molendino de cerro. debet habere curia spallam unam pro condicione. usque ad annos. xx. nouem. completis his debent ista predicta ad curiam redire.

De manso de configno qui fuit de margallione. habet curia solidos. iii. et spallam. i.

De magloleto de runcallo. et de castagneto de bulago capones. ii.

ISTI SUNT OPERARII DE CURIA MEDOLICI.

Casa de alberico de cerro. et casa de cauanna. et casa de cuniza. de porcile. et casa andree de runco. et pipinus. et casa guidonis cuzele. debent colligere fenum et portare de prato episcopi. et facere uineam. et uindemiare. et pistare uuam. et omnia que necessaria sunt ipsi domnicato. et ponere uinum in butem. et colligere castaneas. et ducere in cratem. sicuti rationabiliter unicuique secundum suam partem tangit.

Baldus de ponte et consortes eius. uidelicet bonus bellus de casa de uia et domus sua. pro terra de ca subtana de ponte et molendini. et albertinus de guercia. et domus andree de runco. debent stringere butas domini Archiepiscopi. aut Janue. aut medolicum.

Omnes homines qui descenderunt de domo de morella. debent pro conditione ire in lombardia. in quacumque parte et quandocumque necesse est domino Archiepiscopo ianuensi. mittere eos nuncios. et debet eis dominus Archiepiscopus dare dispendium in cibo et in potu.

Girardus gastaldus de morella cum filiis et cum nepotibus.
Baldus de morella cum sororibus suis.
Obertus baldus de terricio cum fratribus suis.
Johannes filius lede de galliano.

De medolico. in porcis solidos. xxx. IIII. et denarios. IIII.
Similiter spallas. XXIII. et dimidiam.
Inter agnos et muntones. solidos. VIIII. et denarios. II.
De conditionibus solidos. xxv. et dimidium.
Pro circulis ad stringendum butes. denarios. x. et dimidium.

ISTE SUNT CONDITIONES QUAS ARCHIEPISCOPATUS HABET IN CURIA SANCTI PETRI DE ARENA. UEL HABERE DEBET.

In primis debet habere fidelitatem de omnibus hominibus ipsius curie. et debent iurare quod non debent uendere nec dare terras ipsius archiepiscopatus. nisi in famulis ipsius curie. et per licentiam ipsius Archiepiscopi. et hoc debent facere ubicumque habitent famuli predicte curie et hec sunt conditiones.

De manso de ficario solidos. IIII. de manentatico.

Archipresbiter sancti martini. solidos. III. de manentatico.

Andreas balbus dat denarios. XVIII et spallam. I. de loco de domo de manentatico.

De granarolo denarios. XVIII. et spallam. I. de manentatico.

De morella. facius et fratres eius. et de pastino episcopi ottonis. solidos. V. et pullos. II. pro comeatu.

De manentatico bucardi. solidos. V.

De loco de guasto. spallas. II. aut solidos. II. una pro conditione et altera pro manentatico.

Gastaldi. spallas. II. una pro gastaldatu. et altera pro molendini conditione de glariolo.

De loco sancti siluestri. denarios. XIIII. et dimidium.

Raimundus. et amicus. et marchio. debent dare. denarios. IIII. et mediam pensionem. et capones. II. et gallinas. II. pro libellaria quam tenent.

Gastaldus de begali dat spallas. II. pro decima.

Isti sunt qui faciunt domnicatum sancti petri de arena. putant et cauant. et faciunt omnia que necessaria sunt ipsi domnicato. et uindemiant et ponunt in torculari. et pistant. et mittunt in butem. et adiuuant eum adducere ad mare. et stringunt butes. nomina quorum hec sunt.

Raimundus.

Amicus.

Marchio.

Andreas balbus.

Fulcus de loco sancti siluestri.

Locus de granarolo.

Locus presbiteri sancti martini.

Locus de domo.

Locus de domnicato.

ISTE SUNT CONDITIONES QUAS ARCHIEPISCOPATUS HABET IN CURIA NERUI. UEL HABERE DEBET.

Casal de curte quem tenet petrus tarega qui est inter uiam per tribunam ecclesie et uulturascum dat spallam. I.

De loco qui est supra ecclesiam dat medietatem de omnibus. et pastum. I.

De campo post domo coltam medietatem de omnibus. et spallam. I.

De loco care cosse medietatem ficuum et oliuarum spallam. I.

De baldo cagapice idem.

De beneficio.

De cedriale. spalle. II. pro manso.

De manso de palma et de lauro. spalla. I. quam dat iohannes de palma cum consortibus suis. et manifredus de loro cum consortibus suis.

De manso de oliua et cauedurno spalla. I. quam dat martinus cauedorno et consortes eius. et bona nox cum suis consortibus.

Casal de fabrica et de allo. spallas. II. quas dat Marchisinus.

De uicanico. spalla. I. quam dat anselmus cum consortibus et bonus infans cum consortibus suis.

De casali de ualle et fabrica. XII. denarios. pro spalla. I. sed curia dat terciam partem huius spalle.

De uicanico in alia parte bariles. viiii. et pedes. iiii. de salicibus ad domum cultam faciendam.

Gastaldus pro decima quam tenet dat spallas. vi. de clapis.

Vxor iohannis de merlo. dat spallam. i. et gallinas. ii. pro manentatico. de terra que fuit mariti sui. et que fuit de hominibus de molaciana.

Illi qui colligunt decimam de oliuis in plebeio de nerui dant curie spallas. iiii.

ISTE SUNT PENSIONES.

Casal de cauedorno. denarios. viiii. Casal filiorum adam. denarios. viiii. Casal de fabrica. denarios. viiii. Calle. denarios. viiii. Casal de loro. denarios. viiii. Casal de palma. denarios. viiii. De turri. denarios. iiii. et dimidium.

ISTI SUNT OPERARII DE NERUI.

Archipresbiter martinus cum nepotibus suis. uidelicet guilielmus et uassallus de uulturasco cum suis nepotibus. isti prefati debent facere butas de nouo. et stringere in unoquoque anno.

Filii uitalis de oliua. guilielmus et obertus. petrus et martinus.

Anselmus de oliua cum filiis suis.

Filii trabuchi. andreas et oglerius. et urso.

Filii martini cauedorni. alda. et guilica.

Filii bone noctis. eribertus. martinus et iohannes.

Johannes pisanus cum filiis suis.

Albertus lingua. et nepotes eius.

Mainfredus de lori. et nepotes eius.

Filii martini de turri. fulcus et bellobrunus.

Filii uicini. obertus. guilielmus. et otto et guilia.

Guilielmus de fossato cum filiis suis.

Johannes de palma et iohannes bullo. et alda cazola.

Ansaldus de puteo. et filius eius rubaldus.

Rubaldus de insula. et sorores eius. et guilia consanguinea eorum.

Marinus de fabrica. et filii eius.

Bonus infans de fabrica.

Lanfrancus gastaldus et frater eius guilielmus.

Roglerius cum sororibus suis.

Caracosa et bona uita frater eius.

Petrus tarega cum sororibus suis.

Faciolus cum sororibus suis.

Isti omnes predicti debent tot operas curie facere. quot et denarios persoluuntur pro pensione. et sunt denariorum solidi. v. minus denarium. i. et dimidium.

Isti predicti uidelicet filii uitalis. et alii qui descripti sunt ordinatim post eos. debent facere domnicatum. de nerui. putare. fodere. et palos facere in siluam. et adducere. et facere uineam. et uindemiare. et portare ad torculare. et pistare. et mittere in butas. et adiuuare ad mare deportandum. et adducere fenum de montibus. et in cassinam reponere. sicuti unicuique secundum suam partem tangit. et debent omnes mittere duos homines de ipsimet in unoquoque anno. ad sanctum romulum pro blaua aut pro cereis deducendis.

ISTI SUNT QUI DANT BARILES ET SALICES AD DOMNICATUM DE NERUI.

Anselmus de uicanico cum suis nepotibus et cum suis consortibus. barilem. i. et pedem. i. de salicibus.

Faciolus de pasia et sorores eius et consanguinei eius. dant barriles. ii. et pedes. ii. de salicibus.

Guilielmus enganna deo. dat dimidiam barrilem de sortibus anselmi et facioli.

Gandulfus de sturla cum fratribus suis barrilem. i. et pedem. i. de salicibus.

Filii alberti de prato de sancto syro emiliano pro castaneto de uiganico. barriles. II.

Alerius de molaciana. et boso de monte. et obertus de raneto. barrilem. I.

Filii pagani de campo domnico. et bonus segnor de dercogna. barrilem. I.

Breue recordationis facimus nos Albertus qui dicitur lingua. qui fui gastaldus episcopi ianuensis. per XIIII. annos de opere quod ego qui supra Albertus de hominibus de nerui qui habent et possident terras que sunt de libellaria Sancti syri. Vitalis de oliua faciebat operam. I. cum filiis suis. Johannes trabucus faciebat operam. I. cum filiis suis. Bona nocte frater illorum operam. I. cum filiis suis. Anselmus de oliua. operam. I. cum filiis suis. Albaueira. operam. I. Martinus cauedornus de oliua cum filiis suis operas. IIII. et mediam. Johannes pisanus cum filiis suis duas partes unius opere. Albertus lingua duas porciones unius opere. Ansaldus de serra. operas. II. et quartam opere. Guilielmus de fossato. operas. IIII. et mediam. Manfredus de lauro operas. IIII. et mediam cum fratribus suis. Oglerius et Andreas germani de terra de turri. operas. II. Martinus et uicinus germani de terra de turri. operas. II. Johannes de palma operas duas. Johannes bullus operam. I. Gambarellas operas. II. et quarta de opera palme. Alda cazola duas operas et quarta opere. Ansaldus de puteo operam. I. pro terra de fabrica. Martinus de fabrica operas. II. minus quarta pro terra de fabrica. II. izeno de fabrica. operam. I. Presbiter martinus frater de fabrica. operam. I. Johannes reza. operas. II. Martinus cacapice. operas. II. et quartam. Venerandus de ecclesia similiter. Faciolus de paxia operam. I. et octauam pro manso de ualle.

Ego lanfrancus rezanus gastaldus domini Syri Archiepiscopi. per. X. et octo annos accepi istas operas. Rubaldus de insula cum sorore sua operam. unam.

ISTE SUNT CONDITIONES QUAS ARCHIEPISCOPATUS HABET IN CURIA SANCTI MICHAELIS DE LAUANIA QUE EST PROPE GRAUELIAM. UEL HABERE DEBET.

In primis debet habere fidelitatem de omnibus hominibus ipsius curie. sicuti de aliis famulis. et debent iurare quod non debent uendere terram ipsius archiepiscopatus. nec dare nisi in famulis ipsius curie. et per licentiam ipsius Archiepiscopi. et hoc debent facere ubicumque habitent. et hec sunt conditiones.

De loco qui dicitur oliua. porcum. i. solidos. iii. de manentadico. ex quibus dat ramusinus cum fratre suo. denarios. viii. petrus de oliua. denarios. viii. razo denarios xx.

Omnes isti prefati debent facere domnicatum curie sancti michaelis. putare. fodere. et uindemiare. pistare. in buttas mittere. et butas de nouo facere. atque torcularia. et stringere in unoquoque anno. et colligere oliuas domnicas. et facere oleum. et adducere uinum ad mare.

Preterea ad domnicatum de mari faciunt domum et torcularia. butas omnia de nouo. et stringere per singulos annos.

Illi qui tenent domnicatum de mari. dant gallinas. iii. ad natale domini.

Lazetus debet dare spallam. i. aut denarios. xii. pro sorte fratris sui. qui sine herede et sine testamento mortuus est. pro condicione.

Hec est concordia quam fecit obertus sulphur inter homines de curia sancti michaelis. qui habebant inter se maximam discordiam de terris quas tenebant. et de conditionibus quas debent persoluere curie. Dominus Syrus Archiepiscopus confirmauit hanc conuenientiam inter eos esse firmam et stabilem. ipsis omnibus presentibus in palacio suo. presente philipo de lamberto. et Guilielmo iudice de ripa. et Oglerio danisio. et iohanne lauanino. et alii multi. diuiserunt

enim inter eos terram illam in tres partes sicut inferius continetur.

Petrus caitus cum suis consortibus. uidelicet iohannes borcius. et iohannes filius petri caiti. habent terciam partem inter se. et dant porcum unum omnes in simul de solidis quinque.

Lanfrancus filius petri de oliua cum suis consortibus. uidelicet andreas balbus et dominicus. similiter de alia tercia parte dant porcum. I. de solidis. V.

Ramosinus et oliuerius frater eius cum suis consortibus. uidelicet iohannes circinatus. et fratres eius. Albertus bullonus. martinus et girardus. dant de alia tercia parte porcum unum de solidis quinque.

Sanctus fructuosus debet dare denarios XIII. et medium. Guilia de nasci. denarios. VIIII. Papa. X. Gatignolus. denarios. IIII. et medium. Albertus munerellus denarios. VII. filii Guidonis de serra cum suis consortibus denarios VIIII. Johannes gazagnolus. denarios. I. et medium. Item filii guidonis de serra cum suis consortibus. denarios. VI. Terra feuiasca. solidos III. et de istis debet plebs. denarios XVIII. Guilielmus de seuerato. denarios. XVIII. De terra de plano. III. quartinos milice. et si seminauerit frumentum quartinos. II. de festiuitate sancti quirichi. medietas candelarum. et denarios. III. ueteres. De terra campasca. denarios. XIII. et medium. Filii de cono de uezano. solidos. III.

De curia molaciane habet Archiepiscopus de molendino donnico. minas L.XXXVIIII. et quartinum. et sabbadaticum.

INCIPIT DE REDDITIBUS MOLENDINORUM CAPUT XVII.

De molendino de periculo. minas XII. Item minam. I. quam emit Archiepiscopus a sorore Guidonis orbi.

De molendino de nuce. minas XXXVI.

De molendino de lacu draconario. minas. VII.

De molendino de bertesca. minas. XIIII.

De molendino subterrato. minas. v. et dimidiam.

De molendino de calzolo. minam. i.

De molendino de scandoleto. quartinum. i.

De molendino de fullo. minam i. et dimidiam.

De molendinis quos tenent porcelli ad quartum reddendum. debet habere Archiepiscopus quartum absque omni dispendio. Preter hoc. emit Archiepiscopus totam portionem quam ibi tenebat lambertus porcus.

De molendino nouo qui est de suptus isto predicto. Debet habere medietatem.

De curia Sancti petri de arena. habet Archiepiscopus de molendino de glariolo uidelicet de medietate molendini. minas xxvi.

De curia medolici. de molendino nouo minas. xvii.

De molendino de cantone. quarterium. i.

De molendino de cerro. quarterium. unum.

De molendino binello. xxiiii. partem.

De molendino de nuce fetam. i.

INCIPIUNT LAUDAMENTA CONSULUM DE COMUNI ET DE PLACITIS.

DE DECIMA DE MARI.

LAUS. I. DE FRIZURIO ET DE SANCTO RAPHAHELE.

In ecclesia sancti laurentii in parlamento facto in presentia bonorum hominum quorum nomina subter eguntur. Consules Lanfrancus roza. et Obertus malus ocellus. et Lambertus gezo. et Oglerius capra laudauerunt. et affirmauerunt. quod ille naues que uenerint a mercato sancti raphahelis. uel a frizurio in quibus habuerint usque ad octo homines det per unumquemquem domino otoni episcopo. uel suo misso et illius successoribus minam unam frumenti. et ille naues que habuerint usque ad duodecim homines det per unam quamquam minas duas. Que uero habuerint ad duodecim in sursum. det per unumquemquem hominem quartinum unum. De illis nauibus dixerunt que

habuerint maiorem partem frumenti quam de aliis rebus. Factum est hoc anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi. Millesimo centesimo septimo (*decimo*) mense augusti. indicione septima.

In hoc laudamento interfuerunt testes. Gandulfus rufus. Iterius. Obertus pedicula. Albertus guaracus. Guido spinula. Dodo de aduocato. Lanfrancus et Guilielmus germani. Oto fornarius. Lanfrancus de razeto. Ido de gandulfo de matrona. Oto et Vasallus fratres. Bonus uasallus transuersagnus. Ingo saliens mare. Wilielmus de bono bello. Ribaldus foti paucu. Bellamutus. Gandulfus rudicauda. Guiscardus. Obertus frater eius. et multi alii quorum nomina sunt difficilia scribere (*).

(*) Il presente lodo consolare fu già pubblicato dal Cuneo nelle sue *Memorie sopra l'antico debito pubblico* ecc., pag. 237, dal Banchero *Duomo di Genova illustrato e descritto*, pag. 233, e nel volume II *Chartarum* dei *Monumenta Historiae Patriae*, N. CXLVII. col. 185.

Il primo di tali scrittori lo trasse dalla preziosa Raccolta ora posseduta dal Sig. Avv. Ageno, e, sulla scorta dell' autore della medesima, lo assegnò dall' agosto del 1114, nel quale anno veramente, giusta il computo cesareo, correva l' indizione settima notata nell' atto; ed il signor Banchero, avendolo copiato dal Cuneo, lo riferì sotto la stessa data. Ad un' epoca ben più lontana si trova esso invece ascritto nel citato volume *Chartarum*, cioè al 17 agosto 1100; essendo che nel Codice membranaceo sincrono servito per la pubblicazione di questo come di molti altri atti, i quali verrò appresso indicando, e comunicato alla R. Deputazione di Storia Patria dal Cuneo medesimo, è detto che il lodo venne pronunciato nell' anno *millesimo centesimo septimo decimo mense augusti*; e fu creduto che il *septimo decimo* dovesse riferirsi ai giorni del mese accennato, anzi che agli anni nei quali si inoltrava il secolo XII. Ma i Consoli, che vi si trovano indicati, non appartengono che al 1117; e perciò il lodo non può altrimenti assegnarsi che all' agosto di quest' anno. Egli è vero che nel Registro è semplicemente notato *millesimo centesimo septimo*; ma che la parola *decimo* sia stata dimenticata dal copista riesce così evidente, che io mi sono fatto carico d' insinuarvela. Vedasi inoltre sulle varie questioni, alle quali diede luogo l'erronea cronologia di tale atto, la *Serie dei Consoli* ecc. pag. 235.

DE EODEM. II.

In palacio episcopii in presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur fuerunt consules Iterius pedicula et Oglerius capra. et Guilielmus de mauro. et Guilielmus de uolta. laudauerunt et affirmauerunt sicut alii consules in compagna lanfranci roçe et oberti mali ocelli antea laudauerunt. quod omnes ille naues que uenerint a mercato sancti raphaelis uel a frizurio. in quibus habuerint usque ad octo homines. Det per unamquamquam domino Sygefredo episcopo uel suo misso et suis successoribus minam unam frumenti. et ille naues que habuerint usque ad duodecim homines dent per unamquamquam minas duas. que uero habuerint a duodecim in sursum. dent per unumquemquem hominem quartinum unum. De illis nauibus laudauerunt que habuerint maiorem partem frumenti. Interfuerunt testes. Lanfrancus aduocatus. Wilielmus et bonus Vasallus germani. Gandulfus rufus. Oto eius filius. Bellamutus. Oto uice comes. Ido frater eius et Gandulfus. Wilielmus guercius. Ido frater eius. Oglerius de insula. Capharus. Guiscardus. Albertus guaracus. Lambertus gecius. et multi alii quorum nomina sunt difficilia scribere.

Millesimo centesimo XXIII. mense iulii indicione II (*).

DE MARITIMA LAUS ET DE PROUINCIA III.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Guilielmus niger. Philypus de lamberto. Obertus usus de mari laudauerunt quod unumquodque lignum de omnibus nostri episcopatus. qui iuerit a portu pisano in sursum. et a monacho in iusum. quod uenerit car-

(*) V. *Chartarum* II, N. CLVIII, col. 200. Nel luglio del 1123 l'indizione che correva non era veramente la 2.ª, ma la 14.ª genovese, e la 15.ª cesarea.

ricatum de maiore parte grani. tribuat Archiepiscopo per unumquemquem hominem quartinum unum grani. Exceptis duabus partibus per naucleriam. Exceptis feriis de frizulio. et sancti Raphaelis. de quibus tribuatur ei sicut est solitus accipere. Hanc laudem ideo fecerunt. quia cognouerunt idoneis testibus. episcopos ianuensis ecclesie antiquitus suscepisse. de cunctis lignis in prediffinitis locis euntibus qualiter superius prelaudatum est. Hoc itaque cónsules cognoscentes. taliter ut superius legitur firmiter persistere decreuerunt.

Millesimo cxxxviiii mense ienuarii indicione prima (*).

LAUS DE EODEM IN HAC A ROBORETO IIII.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Bellamutus. Bonus uasallus de odone. Guilielmus niger. laudauerunt quod unumquodque lignum de hominibus nostri episcopatus. qui manent a roboreto usque bisannim qui iuerit a portu pisano in sursum. et a monacho in iusum. quod uenerit carricatum de maiore parte grani. tribuat Archiepiscopo per unumquemquem hominem quartinum unum grani. Exceptis duabus partibus per naucleriam. et Exceptis feriis de frizulio et sancto Raphaeli. De quibus tribuatur ei sicut est solitus accipere. Hanc laudem ideo fecerunt. quia hoc ei fuisse laudatum per consules alterius consulatus cognouerunt.

Millesimo cxl mense decembris indicione iii (**).

LAUS DE PARATA CONTRA IOHANNE BARCHA. V.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Bellamutus. Bonus uasallus de odone. Guilielmus niger laudauerunt. quod illa parata quam Johannes barca et Guilielmus barca fecerant in insula de bi-

(*) Ibid. N. clxxiv, col. 220.

(**) Ibid. N. clxxxix, col. 237.

sannia destruatur. et amplius ibi ubi fuerat non sit. Hanc laudem ideo fecerunt. quia cognouerunt illam paratam fuisse nouum opus. et molendinis Archiepiscopi nocebat. et illa parata nullo modo amplius ibi fuerat et idcirco laudauerunt ut supra legitur. Millesimo CXLI mense ienuarii indicione III.

LAUS DE TERRA QUE EST POST TRIBUNAM SANCTI LAURENTII.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Guilielmus niger. Bellamutus. Bonus uasallus de odone. Ansaldus de auria. laudauerunt quod Syrus dei gratia ianuensis Archiepiscopus et eius successores habeant et possideant sine contradicione agnetis. et omnium personarum per eam domum illam que est post truinam sancti nicholay de sancto laurentio iusta domum Guilielmi caiti. Hoc ideo fecerunt. quia cognouerunt. quod per libellum uiginti nouem annorum eam detinebat. Millesimo CXL mense decembris indicione III (*).

LAUS DE CLUSA MOLENDINI NOUI DE BISANNO.

In pontile canonice sancti laurentii. Consules Obertus turris. Guilielmus barca. Wilielmus malus ocellus. laudauerunt et affirmauerunt. quod commune ianue nec aliquis per eum nullo modo possint impedire cluuiam cum molendinis neque pontem Archiepiscopo neque abbati sancti stephani. neque eorum successoribus. et si pons aliquo tempore rumperetur. Archiepiscopus et abbas rehedificent eum. Hanc laudem supradicti consules ideo fecerunt. quia communis ianue misit in placitum Archiepiscopum et abbatem de supra dictis rebus. et non cognouimus quod communis ullam ibi haberet racionem.

Millesimo CXLI mense ienuarii indicione secunda (**).

(*) Ibid. N. CLXXXVIII, col. 237.

(**) Ibid. N. CXCI, col. 239. L'indizione corrente nel gennaio 1141, non era la seconda, ma la terza genovese e la quarta cesarea.

LAUS DE FILIIS BERARDI DE SANCTO LASSO.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Guilielmus filius caphari. Ceba. Oto iudex laudauerunt filios berardi de sancto olasci deinde esse famulos ecclesie sancti syri Januensis. Hanc laudem ideo fecerunt quia consules fuerunt aput castrum medolici. ubi erat dompnus Archiepiscopus syrus cum eius curia. tum quia famulos suos sibi fidelitatem facere iubebat. tum quia quidam iniuste a quibusdam sue curie fuerant illata in suo iure recuperare uolebat. Quare berardum de sancto olasci. causa faciende fidelitatis uocauit. qui pro eius iussu illam sibi fecit. ac famulum sancti syri se professus fuit. Filii uero eius ad hanc faciendam uocati. illam facere noluerunt. Dicebant enim quod coram consulibus uenirent et se famulos non esse ostenderent. quibus ab eisdem consulibus inducia conscilii data. coram eis uenerunt. se quoque famulos esse. et Archiepiscopo fidelitatem facere nunciarunt. Causa igitur cognita. et eorum confessione. illos esse famulos ianuensis ecclesie sancti Syri ut supra scriptum est perhenniter decreuerunt. Millesimo CXLII. mense nouembris indicione quinta (*).

LAUS DE NEPOTIBUS PREDICTI BERARDI UIDELICET DE URSO ET BOLLANO. VIIII.

In ecclesia sancti georgii. Consules Ceba. Oto iudex laudauerunt belianum et ursum quondam nepotes berardi de sancto olasci. deinde esse famulos dompni Syri ianuensis Archiepiscopi. et successorum eius. et faciat ex eis sicut de aliis famulis. Hanc laudem ideo fecerunt. quia et parentum origine eorumque confessione hos eiusdem ecclesie famulos esse cognouerunt.

Millesimo CXLII mense decembris indicione quinta (**).

(*) Ibid. N. CXCVII, col. 245.

(**) Ibid. N. CCIX, col. 253. Si avverta che un tale atto viene ivi erroneamente assegnato al 1143.

LAUS DE IOHANNE CYBO ET DE CALCINARIA. X.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules. Oto iudex. Guilielmus filius caphari. Ceba. Oglerius de mari laudauerunt. quod iohannes gybus. et Calcinaria deinde sint famuli curie Archiepiscopi ianuensis et Archiepiscopus ianuensis faciat ex eis. sicut ex aliis famulis. ita quod ab eis uel ab aliquo pro eis nullomodo conuenniri possit. Hanc laudem ideo fecerunt. quia cognouerunt testibus matres eorum fuisse famulas Archiepiscopii ianuensis. et seruire episcopo et iudicari ab eo pro famulabus. Idcirco consules cognoscentes illos fuisse filios famularum. nec tantum temporis pro liberis stetisse pro ut racio ad prescriptionem (*) deposcit. illos ut supra legitur perhenniter famulos esse laudauerunt.

Millesimo CXLII. mense decembris indicione quinta.

LAUS DE DOMO ARDITIONIS CASTAUENTIE. XI.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Oto iudex. Wilielmus peçollus. Ceba laudauerunt quod pro hoc quod habent heredes benencase castauentie quondam uxoris guilielmi de curia. et benencasa quondam uxor ardizonis castauentie de domo que fuit ipsius ardicionis castauentie teneantur dare Archiepiscopo ianuensi singulis annis nomine census denarios tres ianuenses. Hanc laudem ideo fecerunt. quia cognouerunt testibus domum illam fuisse libellariam. Insuper laudauerunt. quod quantum superauerit de bonis que fuerunt ardizonis castauencie. absolucione patrimonii antefacti et tercie benencase uxoris quondam ardicionis sit de ianuensi Archiepiscopo et eius successoribus sine contradicione benencase. et

(*) *Ad prescriptionem famulatus* è detto invece nel vol. II *Chartarum*, N. CXCIX, col. 245, ove è inserito il presente documento.

omnium personarum per eam. Hanc laudem ideo fecerunt. quia cognouerunt ardicionem famulum fuisse. cuius res eo quod sine herede decessit ecclesie cuius famulus fuit deuenisse. Sed quia famulos ecclesie pro nostro usu res eorum donare et uendere posse preceperunt ideo et donationem propter nuptias quam uxori fecerat. et dotem quam ab ea susceperat de bonis ipsius solutas esse decreuerunt. Reliquum quod ab harum rerum solucione restauerit ecclesie in solidum laudauerunt. Millesimo centesimo quadragesimo secundo mense iunii. indicione IIII (*).

LAUS DE DOMO ANSELMI DE GOTIZO

QUE FUIT DE SUPRADICTO CASTAUENTIA XII.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Wilielmus filius caphari. Oto iudex laudauerunt. quod Anselmus de gotizo balbo mittat sancto Romulo singulis annis in seruicio Archiepiscopi semel medium hominem cum dispendio archiepiscopi de manducare et bibere pro censu illius domus quam comperauit de ardizone castauenza. quam cognouerunt libellariam archiepiscopatus fuisse. et ipse de cetero teneat eam per libellariam. Hanc laudem ideo fecerunt. quia Archiepiscopus fuit in iure cum Anselmo de hac domo. quam sibi deuenisse dicebat ob hoc quod censum quem pro illa domo dator illius curie inferre cogebatur non obtulerat. Tandem placitum coram consulibus placitatum in eosdem consules per conuentum sine debito sacramenti positum fuit. Cognouerunt enim Rusticum castauentiam pro censu huius domus in seruitio episcopi semel in anno iuisse. Set moderacione utriusque partis contemplata. illum dare medium hominem in seruicio Archiepiscopi ut supra decernitur decreuerunt. Millesimo CXLIII mense ienuarii indicione. V (**).

(*) Idib. N. CLCV, col. 242.

(**) Ibid. N. CC, col. 245.

LAUS DE PRATO EPISCOPO XIII.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Guilielmus pezollus. Oto iudex laudauerunt quod Archiepiscopus ianuensis deinde habeat et nomine proprietario possideat sine contradicione boni uasalli et omnium personarum per eum. Nominatiue totam illam terram quam bonus uasallus habebat et possidebat in prato episcopo. Hanc laudem ideo fecerunt. quia et libellariam episcopatus illam terram fuisse et pensionem solitam non prestasse cognouerunt. Millesimo CXLII. mense iunii indicione quarta (*).

LAUS DE DOMO ARNALDI BATICADI XIII.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Oto iudex. Guilielmus filius caphari. Ceba laudauerunt. dompnum Syrum ianuensem archiepiscopum eiusque successores deinde habere et possidere sine contradicione Imelde quondam uxoris arnaldi baltugadi. omniumque personarum per eam. Nominatiue totam illam domum. quae fuit arnaldi baltigadi. que posita est in domo. que obuenit ipsis ex parte iohannis christiani. cui domui coherit. ab una parte uia Retro trexenda. Ab alia terra Alberti guercii. Ab quarta parte terra iohannis calderarii. et otonis de calegnano. Infra istas coherentias laudauerunt in integrum eo quod libellariam episcopatus fuisse. et pensionem soluisse certis testibus cognouerunt. pro qua multis temporibus transactis. neque pensionem soluerant. neque libellariam fuisse dicebant. quare his consideratis racionibus laudauerunt ut supra legitur scriptum est. Possessionem quoque eius Archiepiscopo tradere fecerunt. Millesimo CXLII mense nouembris indicione. V (**).

(*) Ibid. N. CXCIV. col. 241.

(**) Ibid. N. CXCVIII, col. 244.

LAUS DE DOMO IOHANNIS CALDERARII XVI.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Oto iudex. Guilielmus filius caphari. Ceba laudauerunt. quod iohannes calderarius soluat Archiepiscopo ianuensi singulis annis denarios duos ianuenses pro censu unius domus. qam habet in domo. Cui coherit ab una parte terra Archiepiscopatus. Ab alia quidam consors ipsius qui uocatur Oto. Ab alia trexenda. Ab quarta parte uia. et de cetero sit libellaria. et teneatur per libellariam. tanquam Archiepiscopus ei libellum fecisset. Hoc ideo fecerunt. quia illam terram libellariam esse et tantam possessionem solitam prestare cognouerunt. Millesimo CXLIII. mense marcii indicione IIII (*).

In uilla medolici subtus castrum Archiepiscopi. Consules Oto iudex. Wilielmus filius caphari. laudauerunt dompnum Syrum ianuensem Archiepiscopum eiusque successores deinde habere et possidere quandam peciolam terre. positam infra uineam gotize. et est ipsa peciola bene pastanata de uinea. sicut est terminata et consignata. et hanc habeant sine contradicione gotiçe. et omnium personarum per eam. Hoc fecerunt uoluntate gotiçe que predictam peciolam terminauit et episcopatus ianuensis esse professa fuit. Millesimo CXLII mense octubris indicione. V (**).

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Oglerius uentus. Bonus uasallus de odone. Wilielmus luxius. Vgo iudex laudauerunt

(*) Ibid. N. CCII, col. 247. Questo atto non appartiene già al marzo del 1143, sibbene a quello del 1142, nel quale veramente reggevano il Consolato gli individui in esso indicati, e che, giusta il consueto, uscirono di carica il 2 febbraio dell' anno successivo. L' indizione quarta (genovese), che vi si nota, corrisponde anch' essa al 1142.

(**) Ibid. N. CXCVI, col. 243.

quod Oglerius filius quondam sclaracor sit deinde famulus dompni Syri ianuensis archiepiscopi. et successorum eius. et famulatum sicut alii eius famuli. ipsi exhibeat. Hanc laudem ideo fecerunt quia maurum de democolta. et ab eo descendentes famulos episcopatus ianue esse cognouerunt. et ab episcopis iudicari. nam istum Oglerium ab eis descendisse plurimis testibus preceperunt. His itaque racionibus cognitis ut supra diffinitum est decreuerunt. Millesimo cxliii mense aprilis indicione v. (*).

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Oglerius uentus. Guilielmus lusius. Vgo iudex laudauerunt quod Grimaldus filius quondam Otonis canelle tribuat ianuensi Archiepiscopo denarios nouem ianuenses pro pensione domus de burgo quam possidet et tenet. Hanc laudem ideo fecerunt. quia cognouerunt testibus idoneis. quia Oto canella et auia eius erant soliti dare prefatam pensionem ianuensi episcopio pro eorum domibus quas pro libellaria obtinebant. Qua igitur racione cognita laudauerunt ut supra scriptum est. Millesimo cxliii mense iunii indicione v (**).

LAUS DE GUASTO ET DE UALLE ALTA.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Vgo iudex. Bonus uasallus de odone. Oglerius uentus. Wilielmus lusius laudauerunt quod dompnus Syrus ianuensis Archiepiscopus eiusque successores deinde habeant et possideant sine contradicione bonifantis democolta omniumque personarum per eum. Nominatiue totam illam terram quam bonus infans oblinebat in ualle alta et in guasto quod neque bonus infans neque aliquis per eum aliquo modo conuenire eum uel aliquem per eum possit. Hanc laudem ideo fecerunt quia co-

(*) Ibid. N. cciii, col. 248.

(**) Ibid. N. cciv, col. 248.

gnouerunt testibus et libellis hanc terram libellariam fuisse. et quia nisi in famulos sancti Syri deberet alienari quam Bonus infans sine censu tenebat. et in alium quam in famulos alienata fuerat. quare consules hoc cognoscentes. tum quia condicio libelli fracta fuerat. tum quia sine censu tenebatur prefatam terram Archiepiscopo eiusque successoribus ut supra dictum est laudauerunt. et eiusdem terre possessionem tradiderunt. Millesimo CXLIII mense iulii indicione v (*).

LAUS DE DECIMA HOMINUM DE SAURI XXI.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Oglerius uentus. Bonus uasallus de odone laudauerunt. quod omnes homines de sauri tribuant domino Syro ianuensi Archiepiscopo et eius successoribus decimam grani sicut in laude Archiepiscopatus notatur. Hoc ideo fecerunt. quia consules iuerunt ad sauri pro hac causa et consules de sauri et populus eiusdem loci fuerunt confessi quod decimam dare debebant. et eam sine omni querela dare uolebant. Millesimo CXLIII mense octubris indicione quinta (**).

LAUS DE DECIMA UULTURIENSIUM. ET DE PELLIO ET DE SESTO ET DE CORNELIANO. ET DE SANCTO PETRO DE ARENA. XXII.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules. Bonus uasallus de odone. Oglerius uentus. Guilielmus lusius laudauerunt. quod omnes homines de uulturi. de pelio. de sesto. de cornigliano. de sancto petro de arena. tribuant domino Syro ianuensi Archiepiscopo et eius successoribus decimam grani sicut in laude archiepiscopatus notatur. Hanc laudem ideo fecerunt. quia Archiepiscopus per hyconomum suum Alexandrum lamentatus fuit ex eis quibus decima

(*) Ibid. N. CCV, col. 249.
(**) Ibid. N. CCVIII, col. 252.

laudibus preteriti consulatus curiam laudatam habere nequiuerat. Quibus in iure uenientibus nulla ualuere uti exceptione qua ab archiepiscopi intentione rationabiliter eriperentur. Consules igitur uisis laudibus et Racionibus Archiepiscopatus laudauerunt ut supra diffinitur. Millesimo CXLIIII. mense ienuarii indicione sesta (*).

LAUS DE TERRA DE BISANNO QUE FUIT DE BUCCA. XXIII.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Oglerius uentus. Vgo iudex. Bonus uasallus de odone laudauerunt. quod dompnus Syrus ianuensis Archiepiscopus eiusque successores deinde habeant et possideant sine contradicione lanfranci buche et omnium personarum per eum. Nominatiue totam illam terram quam lanfrancus buca possidebat ad bisannim iusta terram porcellorum que fuit adoli et faciat ex ea quicquid uoluerit sine eius contradicione. Hanc laudem ideo fecerunt· quia cognouerunt per libellum quem episcopus antiquitus fecerat adolo de illa terra quod post decessum adoli si sine filio herede decederet. illam terram curie deuenisse. Quo cognito laudauerunt ut supra legitur. Millesimo CXLIII mense octubris indicione VI.

LAUS DE DECIMA DE BEGALI. XXIIII.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Vgo iudex. Wilielmus lusius. Oglerius uentus laudauerunt. quod dompnus Syrus ianuensis Archiepiscopus eiusque successores deinde habeant et possideant sine contradicione anfossi simpanti. et Dandale uxoris eius omniumque personarum per eos. Nominatiue totam illam decimam quam obtinebat infra plebegium de bargagi. Hanc laudem ideo fecerunt. quia cognouerunt illam decimam libellariam fuisse. sed quia pensionem in libello positam non soluerant

(*) Ibid. N. CCXI, col. 254.

laudauerunt ut supra legitur. Millesimo CXLIII mense decembris indicione VI (*).

LAUS DE FAMULIS DE NERUI XXV.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Oglerius uentus. Vgo iudex. Bonus uasallus de odone. Guilielmus lusius laudauerunt quod Dompnus Syrus dei gratia ianuensis Archiepiscopus et eius successores (*habeat*) plenam possessionem. tamquam in alios famulos sancti syri. et non exeat de possessione quamdiu placitum finitum fuerit. Videlicet de omnibus hominibus hic inferius notatis.

Quorum nomina sunt hec. Wilielmus de uulturasco. Vassallus frater eius. Filii uitalis de oliua. Filii trabuchi. Filii presbiteri martini rezani. Marinus de fabrica cum suis filiis. Filii martini cauedurni. Johannes pisanus cum suis filiis. Albertus lingua. et nepotes eius. Mainfredus de lauro. Wilielmus de fossato. Johannes de palma. Ribaldus de insula. Ansaldus de puteo. Filii eius. Petrus tarega. Faciolus de prato. Caracausa. Bonauita eius frater. Filii uicini et eius fratres.

Cunctorum istorum laudauerunt Archiepiscopo plenam possessionem ut supra legitur. Hanc uero laudem prefati consules ideo fecerunt. quia sepissime uocauerunt eos ut ad faciendam iusticiam domino Archiepiscopo (**). et se uenturos consulibus significauere. Quod in palacio coram consulibus uenientes. ei ad racionem stare contenserunt. et ad faciendam racionem uocacione consulum uenire noluerunt. Qua igitur cognita contumatia laudauerunt ut prediffinitur.

Millesimo CLXIIII mense ienuarii indicione quinta.

(*) Ibid. N. CCX, col. 253. Nel titolo del presente lodo dovrebbe leggersi *de Bargagi* anzi che *de Begali*, essendo il medesimo relativo a quello, e non questo luogo.

(**) La mancanza del verbo, evidentemente dimenticato dal copista, lascia qui sospeso il senso; ma, fuor di dubbio, si ha da leggere *vocaverunt eos ut ad faciendam iusticiam. . . venirent.*

LAUS DE LOCO SANCTI PETRI DE ARENA QUEM HABEBAT GANDULFUS SARDENA XXVI.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Guilielmus lusius. Vgo iudex. Oglerius uentus laudauerunt. quod dominus Syrus ianuensis Archiepiscopus et eius successores deinde habeant et nomine proprietario possideant sine contradicione Gandulfi sardene omniumque personarum per eum. Nominatiue totam partem ipsius Gandulfi quam obtinebat in manso sancti petri de arena quod est iusta terram Archiepiscopatus. Hanc laudem ideo fecerunt quia cognouerunt hanc terram libellariam Archiepiscopatus fuisse. et censum per eam debere. quem sicut ibi positus fuerat non obtulerat. Nam tantum temporis illud retinuerat quod iure terra illa curie ianuensi deciderat. Quod consules cognoscentes. immo etiam dompnus Archiepiscopus per hyconomum suum alexandrum. qui pro eo iurauit professus est. se nullomodo credere. censum predicte terre curie fuisse redditum. decem annis transactis priusquam ansaldi sardene esset. Quibus igitur cognitis Racionibus laudauerunt ut supra legitur. Millesimo CXLIIII mense ienuarii indicione VI.

LAUS DE GURRETO SANCTI PETRI DE ARENA XXVII.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Vgo iudex. Oglerius uentus laudauerunt. quod Dompnus Syrus ianuensis Archiepiscopus eiusque successores deinde habeant et possideant sine contradicione Guilielmi piperis. Guilielmi lusii. Oberti consobrini sui. Vasalli de gisulfo. Gabernie. Filiorum quondam gandulfi de campo. Rufini cauponarii. omniumque personarum per eos. Nominatiue totam illam terram que est in fronte terre Archiepiscopi de sancto petro de arena. ab terra que (*est*) otonis fornarii usque in capite superiori terre Archiepiscopi usque in aquam

pulcifere. quod neque ab eis neque aliquo pro eis ullo modo de hac terra conueniri possint. Hanc laudem ideo fecerunt. quia cognouerunt dictis plurimorum testium quoniam inter dompnum Archiepiscopum et eius predecessores. Hanc terram totam usque in aquam pulcifere possederant quiete per suam. per annos quadraginta et per triginta. Qua igitur racione cognita laudauerunt ut supra legitur.

Millesimo CXLIIII mense ienuarii indicione VI.

LAUS DE INTERRUPTIONE POSSESSIONIS DE DOMOCOLTA.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Wilielmus lusius. Bonus uasallus de odone. Oglerius uentus. Vgo iudex uocauerunt et conuenerunt per executores pro Archiepiscopo causa contestande litis. Guilielmum roserium. Johannem blancum. Guidonem aguxinum. Guilielmum brunum. Vidianum pantaxadum. Embronem. Fulconem ferratellam. Raimundum. et hominem dictum Bonum uasallum de antiochia. Guilielmum mussum. Obertum burgetum. Johannem fledemerium. Johannem coruarium. Presbiteros sancte marie de uineis de domibus et terris quas in domocolta tenebant. quatinus ad faciendam racionem Archiepiscopo coram consulibus uenirent. Qui igitur coram ipsis uenientes. spacium placitandi et eorum datoribus denunciandi postulauerunt. Quod consules ob eorum consulatus breuitatem consequi non ualentes laudauerunt uenturos consules ratum habere. cunctos prenominatos uiros per executores in causam fuisse uocatos. et coram ipsis deuentos. Set ut ne hec litis contestacio lateret. Hoc presenti signo scripto nomina singulorum significari decreuere. ut hec consulibus de cetero preminentibus perspiscue pateret. ac ne longa temporis diuturnitate quasi infecta persisteret. Millesimo CXLIIII pridie kalendas februarii indicione sesta.

LAUS CONSULUM DE HOC QUOD FILIE ITERII HABEBANT IN DOMOCOLTA SANCTI UINCENTII.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Obertus Spinula. Guilielmus iudex laudauerunt Dominum Syrum ianuensem Archiepiscopum et eius successores deinde habere et nomine proprietario possidere sine contradicione Ambre et Algude filiarum quondam iterii pedicule omniumque personarum per eas. Nominatiue totam illam terram et res quas habebant et possidebant in democolta et obuenit ipsis ex parte patris earum iterii. Hanc uero laudem prefati consules ideo fecerunt. quia placitum fuit coram eis de hac terra curatoribus earum pro ipsis in iure stantibus et matre presente. Quo plurimorum sapientum patrocinio coram ipsis uentilato. cum racio Archiepiscopi pocior et fauorabilior perspiceretur. uelle et consensu ambarum parcium sub consulum decisione sine debito sacramentum positum fuit. Consules igitur diligenter hoc inquirentes equitate magis quam ius scriptum strictum considerata terra ut prediffinitur Archiepiscopo decreuerunt. uiginti tres quoque libras denariorum ianuensium minoribus ferre fecerunt de quibus absoluerunt eum et eius successores quod amplius conueniri possit. Millesimo CXLIIII mense nouembris indicione VI (*).

LAUS CONSULUM DE DECIMA LANFRANCI ADUOCATI QUAM HABEBAT IN RAPALLO.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Capharus. Helyas. Obertus Spinula. Guilielmus iudex laudauerunt Dompnum Syrum ianuensem Archiepiscopum et eius successores deinde habere et

(*) Nel novembre del 1144 correva già l'indizione settima genovese, e l'ottava cesarea.

possidere sine contradicione ingonis de sorba et omnium personarum per eum. Nominatiue totam illam decimam quam tenebat Ingo pro feudo aduocati in Rapallo. et eius pertinenciis. Hanc laudem ideo fecerunt. quia cognouerunt lanfrancum aduocatum in malo de quo mortuus fuit refutasse hanc decimam in manu Archiepiscopi. Rolandum quoque eius filium coram consulibus id apertissime confiteri. Quod cognoscentes laudauerunt ut prediffinitur. Millesimo CXLIIII mense nouembris indicione VI (*).

LAUS CONSULUM DE COMUNI DE PENSIONE QUAM IANUENSIS ARCHIEPISCOPUS HABET DE REBUS MEDIOLANENSIS ARCHIEPISCOPI.

In ecclesia sancti Syri. Consules Bellamutus. Phylipus de lamberto. Tanclerius de mauro. laudauerunt quod ianuensis Archiepiscopus plenam habeat possessionem de solidis uiginti duo. et dimidio. per annum in decima et pensione quam mediolanensis Archiepiscopus habet in reco et in camogi. Hanc uero laudem isti consules ideo fecerunt. quoniam alexander missus domini ianuensis archiepiscopi in presencia consulum phylipi. et Wilielmi uenti. apud uultabium super mediolanensem archiepiscopum conquestus fuit. tunc mediolanensis archiepiscopus imposuit camerario suo. et Otoni de rodo hoc placitum ut suo in loco exinde ianuensi Archiepiscopo. coram ianuensibus consulibus responderent. ipsi uero ianuam uenerunt. et de eo placito tam per missos consulum quam pro ipsis consulibus appellati fuerunt. qui sic de ianua recesserunt quod exinde respondere noluerunt. et quia contumaces fuerunt consules ut supra laudauerunt. Millesimo CXLV mense ienuarii indicione VII (**).

(*) V. *Chartarum II*, N. CCXIII, col. 255.

(**) Ibid. N. CCXV, col. 257.

LAUS CONSULUM DE DOMO OSBERGERII UIDELICET GANDULFI.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Capharus. Helyas laudauerunt quod Gandulfus osbergerius aut aliquis per eum deinde non possit facere uel habere latrinam in trexendis iusta domus eius positis. neque iactare in eas aliquod foedum uel sordidum preter aquam claram. hoc ideo fecerunt quia Gandulfum hoc coram eis confiteri preceperunt. immo superioris trexende medietatem archiepiscopatus esse professus. et idcirco laudauerunt ut prediffinitur. Millesimo CXLV mense ienuarii indicione sesta (*).

LAUS CONSULUM DE COMMUNI. DE PENSIONE PALACII.

In capitulo canonice sancti laurencii. Consules Philipus de lamberto. Bellamutus. Tanclerius de mauro. laudauerunt quod dominus Syrus ianuensis Archiepiscopus. in unoquoque anno si consules comunis ianue. in palacio nouo placitauerint habeat de comuni solidos centum. Si autem consules de placitis in eo palacio placitauerint. tunc habeat de bandis. solidos centum. per annum. Et si in bandis deficerent de comunibus rebus sibi adimpleantur. Hanc uero laudem isti consules ideo fecerunt quoniam dominus ianuensis archiepiscopus ad honorem et hutilitatem comunis ianue *palacium* illud fecit et proficuum et hutilitatem comunis esse cognouerunt *consules* aut de comuni aut de placitis in eo placita*re* Millesimo CXLV. mense ienuarii indicione VIII (**).

(*) Ibid. N. CCXIV, col. 256.

(**) V. Cuneo, op. cit. pag. 250.

LAUS CONSULUM DE TERRA DE NERUI. DE LOCO QUI DICITUR CLAPA.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Oto iudex. Guilielmus buferius laudauerunt Dominum Syrum ianuensem Archiepiscopum eiusque successores deinde habere et possidere sine contradicione Johannis de merlone de nerui. et omnium personarum per eum. Nominatiue locum quem adquisiuit pater suus de anfosso et pedrono famulis Sancti Syri et eorum sorori in nerui loco ubi dicitur ad clapas. cum eius pertinentiis. quod nullomodo ab eo uel aliquo pro eo inpediri uel molestari possit. Hanc uero laudem prefati consules ideo fecerunt quia cognouerunt patrem suum emisse hanc terram ab ipsis famulis et famula. qui tenebant eam per libellariam. immo ipse fuit professus. nulla obstante prescriptione qua aduersus dompnum Archiepiscopum se tueri posset. Consules igitur hoc considerantes. ut prediffinitur decreuerunt. et possessionem illi tradiderunt. Millesimo cxlv mense nouembris indicione viii.

LAUS CONSULUM DE EODEM LOCO.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Marinus. Boiamonte de odone. Sysmundus muscula. Rainaldus gobus laudauerunt quod iohannes merlo uel uxor aut aliquis per eos deinde non possit conuenire Dominum Syrum ianuensem Archiepiscopum uel eius successores. de loco illo quem tenet archiepiscopus in nerui ad clapas cum eius pertinenciis. set ab omni peticione sint exclusi. Hoc ideo fecerunt quia hoc fuisse illi laudatum laude preteriti consulatus cognouerunt. Millesimo cxlvi mense marcii indicione viii.

LAUS CONSULUM DE DUABUS PECIIS DE CASTANETO QUAS TENEBAT GUIDO DE CASELLA IN UALLE CALDA.

In uilla sancti cypriani loco qui nominatur uallis calida. Consules Roduanus. Wilielmus buferius. Oto iudex. Ceba laudauerunt Domnum Syrum ianuensem archiepiscopum. eiusque successores deinde habere et possidere sine contradicione guidonis de casella et omnium personarum per eum. Nominatiue pecias duas terre castaneas super se habentes positas in ualle callida. super unam quarum consules has archiepiscopo laudauerunt. Hanc laudem ideo fecerunt. quia controuersia erat inter archiepiscopum et eundem guidonem de his peciis. eo quod Guido. Alexandrum hyconomum has sibi finisse pertulerat. Quod testibus probare non ualens alexander sub sacramento negauit. Nam has pecias libellarias fuisse et iure curie deuenisse cunctis racionibus cognouerunt. Quarum una est iusta uiam que descendit a sancto cypriano usque in pulciferam. Alia est infra hanc peciam et uineam de ualle callida. Hec sunt ille pecie de quibus fuit controuersia quas laudauerunt Archiepiscopo ut prediffinitur. Millesimo CXLV mense octubris indicione. VIII.

LAUS CONSULUM DE HOC QUOD PETRUS ET LANFRANCUS DE SAPORITO HABEBANT IN UALLE CALDA.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules. Oto iudex. Roduanus. Wilielmus buferius laudauerunt. quod Dominus Syrus ianuensis Archiepiscopus et eius successores deinde habeant et possideant sine contradicione Petri de saporito et omnium personarum per eum. et lanfranci de saporito et omnium personarum per eum. Nominatiue quicquid habebant uel possidebant in ualle calida. Hoc ideo fecerunt. quia Alexander ianuensis ecclesie yconomus in

iure de illis rebus stetit. contra lanfrancum et petrum. qui petrus se iniuste. . . . . predictas res fuit professus et abrenunciauit. lanfrancumque ideo condempnauerunt. quia terram libellariam fuisse et pensionem obtinuisse cognouerunt. Quod consules precipientes. ut prediffinitur decreuerunt et possessionem eidem tradere fecerunt. Millesimo CXLVI mense ienuarii indicione VII (*).

LAUS CONSULUM DE LOCO DE PORCILE QUEM UENDIDERUNT ALGUDA DE GUAMA. ET GIRARDUS GASTALDUS.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Marinus de porta. Sismundus muscula. Boiamonte de odone. Rainaldus gobus iudex laudauerunt. quod Dompnus ianuensis archiepiscopus deinde habeat et possideat sine contradicione bonifantis de democolta et omnium personarum per eum. Nominatiue pecias duas terre ad medolicum in manso de porcili quarum una uendidit sibi Alguda de gazina et uocatur caudeta. Alteram uendidit sibi Gastaldus Gyrardus. Hoc ideo fecerunt. quia professus fuit has pecias terre libellarias fuisse. et per proprietatem uenditas. Quod consules cognoscentes. cum iure ecclesie deuenerant ut prediffinitur laudauerunt. Millesimo CXLVI mense iulii indicione VIII.

LAUS CONSULUM DE PREDICTO LOCO DE PORCILE.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Boiamonte de odone. Marinus de porta laudauerunt. quod dompnus Syrus ianuensis Archiepiscopus deinde habeat et possideat sine contradicione bonifantis. et omnium personarum per eum. Nominatiue peciam unam terre in pertinenciis porcilis cum castaneto. et eius pertinenciis sicut ab albertino sicut obuenit (*sic*). Hoc ideo fecerunt. quia

(*) L'indizione di quel tempo era l'ottava.

cognouerunt hanc terram libellariam fuisse et pensionem non fuisse solutam. Millesimo CXLVII (*). mense augusti indicione. VIII.

LAUS DE DIUISIONE INSULE DE CERRO. QUE FUIT FACTA CUM AUOCATIS.

In palacio ianuensis archiepiscopi. Consules Boiamonte de odone. Marinus de porta laudauerunt. quod Dominus Syrus ianuensis archiepiscopus deinde habeat et possideat sine contradicione Guilielmi et Rolandi aduocati et turche. et filiorum quondam boniuasalli omniumque personarum per eos. Nominatiue tres partes cuiusdam insule de medolico que est ab inferiori capite uinee de cerro usque ad muruallum et has tres partes huius insule habeat inferius in simul uersus muruallum. Hoc ideo fecerunt. quia consules fecerunt predictam insulam uoluntate illorum estimatoribus diuidere. et sicut sacramento urgebantur et dispositum est tres partes coniunctas consignauere et ut prediffinitur laudauerunt. quarta parte superius ipsis seruata. Millesimo CXLVI. mense augusti indicione VIII.

LAUS DOMUS UASALLI SIBILATORIS QUE EST IN DOMOCULTA SANCTI SYRI.

In palacio ianuensis archiepiscopi. Consules Marinus de porta. Sismundus muscula laudauerunt quod Dominus Syrus ianuensis Archiepiscopus. et eius successores deinde habeant et possideant sine contradicione quondam uxoris sibilatoris et Vgonis lercarii et Wilielmi andoloxini omniumque personarum per eos. Nominatiue domum illam quam habebat Vasallus sibilator in burgo ciuitatis iuxta domum Rolandi aduocati. et neque ab aliquo pro eis conueniri possint. Hoc ideo fecerunt. quia et hanc domum fuisse libellariam cuius terminus transierat cognouerunt. Quare uisis his racionibus

(*) Si emendi MCXLVI, giacchè il lodo fu pronunciato dai consoli di tale anno.

contra hos creditores maximeque contra uxorem que priuilegio dotis et donacionis pocior erat laudauerunt ut prediffinitur. Nam filia hereditati abrenunciauit. et idcirco creditores ad iudicium admiserunt. Millesimo CL (*). mense nouembris indicione VIIII.

LAUS DECIME QUAM RODERICUS HABEBAT IN RAPALLO.

In palacio ianuensis Archiepiscopi. Consules Boiamonte de odone. Marinus de porta laudauerunt domino Syro ianuensi Archiepiscopo eiusque successoribus totam decimam quam Rodericus rapallus habebat in plebeio rapalli. et neque ab eo uel aliquo pro eo conueniri uel impediri possit. Hoc ideo fecerunt. quia Rodericus in causam uenit cum Alexandro hyconomo qui discedens ad iudicium uenire contempsit. Visis igitur his racionibus et cognita racione Archiepiscopi laudauerunt ut prediffinitur. Millesimo CXLVII. mense ienuarii indicione VIIII.

LAUS CONSULUM DE COMUNI DE PODIO INSULE DE SIGESTRI.

In capitulo canonice sancti laurencii. Consules Ansaldus Mallono. Wilielmus niger. Capharus. laudauerunt quod Donnus Syrus Januensis Archiepiscopus sine contradicione consulum et comunis Janue. omniumque personarum pro eis habeat et quiete possideat. Nominatiue totum podium quod est in insula siestri. super portum ex parte orientis. usque ad domum alinerii de paxano salua tamen uia ante ipsam domum. de pedibus duodecim. et uersus puteum usque in littore maris ex omni parte. Hoc ideo laudauerunt. quoniam Archiepiscopus ad honorem Dei et comunis Janue. ecclesiam et curiam et

(*) Leggasi anche qui MCXLVI, appartenendo a questo anno i consoli enunciati nel lodo, e correndo effettivamente nel novembre del medesimo la nona indizione.

sibi necessaria hedificare promisit. et maxime quia cognouerunt hoc esse proficuum et utilitatem comunis Janue. Millesimo cxlvii mense Januarii indicione viiii.

LAUS DE SCATICO ET ALPIATICO HOMINUM DE UERONI ET DE CARPENETO ET DE CERESIOLA ET DE AGONIO ET DE HURRI ET DE CORUARIA ET DE LIMARCE ET DE ILLIS CONFINIIS.

In ecclesia sancti laurentii. Consules Marinus de porta. Sismundus. Boiamonte de odone laudauerunt. quod omnes illi homines qui fuerunt in placitum cum Archiepiscopo de scatico et alpiatico qui ex eo fuerunt absoluti nostro consulatu teneantur illud dare Januensi Archiepiscopo solito more. si habuerint bestias que sumpserint escam uel pauerint in boschis uel alpibus aut pratis libellariis. Hoc ideo fecerunt. quia cognouerunt libellis Arhiepiscopi quod Dominus episcopus Januensis retinuerat in dompnicum hoc scaticum et alpiaticum. immo testibus sufficientibus preceperunt hos illud esse solitos prestare longissimo spacio temporis. libellisque Archiepiscopi mediolanensis idem allegabatur. Consules itaque his consideratis racionibus laudauerunt ut prediffinitur. Millesimo cxlvii die purificacionis indicione viiii.

LAUS FILIORUM AC NEPOTUM ANSALDI SARDENE.

In palatio Januensis Archiepiscopi. Consules Marinus de porta. Wilielmus niger. eorum sententia affirmantes laudauerunt. quod exinde Dominus sirus Januensis Archiepiscopus. et sui successores. ad proprium habeat et quiete omni tempore possideat sine omni contradicione omnium filiorum ac nepotum quondam ansaldi sardene omniumque personarum pro eis et illorum heredum. Nominatiue mansos duos qui sunt positi in uilla sancti olaxi. et sunt coherentie istorum duorum locorum. ab una parte est terra quondam filiorum bellamuti. ab alia est terra

que nominatur galla. de supra uia que pergit per costam. et uadit ad sanctum ciprianum. de suptus pulcifera sicca. Infra istas coherentias ista duo loca cum omnibus illorum exitibus et pertinentiis. et aliis omnibus terris et castanetis atque cannetis. quas prefati filii et nepotes ansaldi sardene possidebant. et detinebant in uillas sancti olaxi. et in omnibus exitibus et pertinentiis. omnia plenum et uacuum Dominum Syrum et successores eius de cetero quiete possidere et habere prefati consules decreuerunt. Hanc uero laudem ideo suprascripti consules fecerunt. quoniam dominus syrus archiepiscopus per se et per eius yconomum alexandrum consulibus iustitie presidentibus conquestus fuit de omnibus infrascriptis terris supra filiis atque nepotibus omnibus ansaldi sardene. qui has terras detinebant. asserentes istas omnes terras archiepiscopatus fore. et libellarias fuisse. que per proprietarias uendite erant. minores uero tam filii quam nepotes ansaldi sardene omnes ab eorum tutore Joanne blanco. et curatore Rainaldo gobo legittime ante consules defensi. et causa diu undique uentilata. tandem per concordiam finierunt. quod Archiepiscopus dedit suprascriptis minoribus filiis et nepotibus sardene et tradidit in sancto petro de arena tabulas octuaginta terre. quas archiepiscopus contra eos possidebat. partim per sententiam partim per plenam possessionem. et que fuit libellaria ingonis de raifredo per libras. xx quinque. ianuensium denariorum. que terra si eis ab archiepiscopo defendi non possit quod archiepiscopus et successores eius libras xx quinque ipsis dare teneatur. et similiter dedit eis libras quindecim mobilie supra istis aliis. quare consules suprascripti. ambarum partium uoluntate remisso tamen debito sacramenti undique. ut supra legitur sanxerunt. Millesimo centesimo quadragesimo octauo mense iulii indicione. x.

LAUS CONSULUM DE OLIUARUM DECIMA DE NERUI.

In palatio Januensis Archiepiscopi. publice Consules. Vgo iudex. Obertus cancellarius. Ingo de uolta. eorum sententia condempnaue-

runt homines plebegii nerui qui hic leguntur. uidelicet. Wilielmus pezo. Benenca. Baldus de grillanego. Wilielmus marenzan. Bolgarus de cesanico. Bonensegna de quinto. Petrus rocelli. Airaldus de quarto. Bernardus de quarto. Rubaldus guarasca. Lanfrancus de rezano. Nicola de miglar. Wilielmus rebollus. Giselbertus de oliua. Jordanus lugarus. Ingo de caualexi. Johannes schir. Cunradus de bagneira. Wilielmus maurus de neruano. Rubaldus de puteo. Armannus de maxemano. Ansaldus alzapè. Paschal filius rebolli. Bellobrunus de turri. Bonauida capellus. Baldus de maxemano. Fulco de turri. Bonus infans de fabrica. Neuarscus guarellus. Alinerius de fabrica. Cunradus de castaneto. Baldus de lanegano. Bonus infans de costa. Rubaldus de rauana. Guido de oliua. Lanfrancus de puteo. Johannes filius maifredi. Obertus de uasallo de cazano. Albertus de agoxi qui manet in nerui. Martinus pausarellus. Petrus crespus. Wilielmus quarter. Obertus de zanego. Johannes bubo de oliua. Wilielmus de glutono. Gandulfus ardizonus. Andreas de oliua. Oglerius de zanego. Viuencius mascarus. Johannes de sconauidio. Martinus de mazelega. Vasallus de suptus strada. Oto de solario. Fabianus de puteo. Andreas de caneto. Albertus de mocalagno. Piper de puteo. Johannes uitianus. Wilielmus alexius. Andreas de guasto. Ingo de Valle. Obertus de prado. Johannes panparadus. Johannes de guarello. Johannes pento. Constancius de iugo secco. Vasallus uaticus. Saluaticus de puteo. Obertus malclauellus de mortedo. Albertus de ualle. Johannes montanarius de canneto. Johannes de iugaglano. Bertolotus de mocalano. Dominicus de feleito. Obertus corsus de quarto. Wilielmus de quinto. Johannes de bagneira. Johannes presbiter de quarto. Cunizo de oliua. Joannes de madio. Albertus de cuparo. Bernardus de arduino. Facius de uulturasca. Wiliemus de puteo. Vt exinde prestent isti omnes qui in lite fuerunt a consulibus uocati et pro quibus consules plebegii nerui ante consules astiterunt. tres partes decime oliuarum omnium domino syro Januensi archiepiscopo suisque successoribus. Ita quod dominus syrus Archie-

piscopus has tres partes decime oliuarum habeat. et sui successores. sine omnium supra nominatorum hominum omniumque per eos personarum contradiccione. Et quia exaccio atque dispositio decimarum domino Archiepiscopo competit. et concessio illa quam homines nerui factam a domino airaldo atque a domino otone episcopo Januensi asserebant uisa fuit consulibus temporalis. et quia illud idem quod promiserant minime adimpleuerant. Ideo isti consules racionabiliter congnouerunt quod has tres partes decime oliuarum iuste archiepiscopo competebant. Quartam uero partem coram consulibus partim iure canonico. partim affirmacione testium ecclesiis plebegii nerui dominus syrus Archiepiscopus remisit. et consules qui iusticiam complere tenebantur dominum syrum Archiepiscopum cui honus dispositionis decimarum iminet habere has tres partes decimarum oliuarum laudauerunt. Millesimo. centesimo quadragesimo octauo. medio mense Januarii indictione. x.

DE ALPIATICO PLEBEII DE BARGALIO.

In palatio Januensis Archiepiscopi. Consules. Marinus de porta. et Wilielmus niger laudauerunt quod dominus Syrus Januensis archiepiscopus deinde habeat sine contradicione omnium hominum tocius plebegii bargagii. Alpladicum tocius plebegii bargagii. salua parte sancti ambrosii mediolani. hoc ideo fecerunt quoniam lausum preteriti consulatus uiderunt hunc alpladicum iuste ei fuisse laudatum. ipsis hominibus in placito existentibus. Et ideo ut supra decreuerunt. Millesimo centesimo. XLVIII. mense septembris. Indicione decima.

DE TAZOLI LAUS GANDULFI DOCTORIS.

In palacio Januensis archiepiscopi. Consules Opizo lecauelum. Marinus. et Wilielmus niger. laudauerunt. quod dominus Syrus Januensis archiepiscopus habeat sine contradicione Gandulfi ortonadi et heredum

suorum. et omnium personarum per eum. Nominatiue totam partem suam ipsius gandulfi que pars est in monte tazoli. Hoc ideo fecerunt quoniam cognouerunt. ipsum archiepiscopum a preterito consulatu esse in possessione terre tazoli. in qua terra ipse gandulfus introiuit et collegit exinde fructus. et ideo quia fecerat inuasionem ut supra decreuerunt. Millesimo CXLVIII. mense octubris indicione XI.

LAUS DE CORS'.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Marinus. et Wilielmus niger. laudauerunt quod dominus Syrus Januensis archiepiscopus habeat nomine uendicionis sine contradicione filiorum quondam Johannis cauace et heredum eorum et omnium personarum per eos. Nominatiue totam terram que perueniebat eis pro tercio pasteno in pastenis insule corsi per precium solidorum trigintaquinque denariorum Janue. Hoc ideo fecerunt quoniam cognouerunt predictos minores omnino caruissent dispendio eorum. et quia barbani minorum uendiderant partes suas pro precio trigintaquinque solidorum quare isti minime poterant paruam partem eorum sustinere. Matre eorum presente et renunciante iure ipotecarum. licet alicuius moris sibi pertinente. anselmo cauaza barbano minorum presente. ut supra decreuerunt. et eidem anselmo de uendicione partis sue quod plus ut alii non uendidisset fecerunt quod plus non uendidit quod minores uendiderunt. Millesimo CXLVIII. Mense nouembris indicione XI.

DE TAZOLO.

In palacio Januensis archiepiscopi. consules opizo lecauelum. et marinus de porta. laudauerunt quod Syrus Januensis archiepiscopus habeat sine contradicione Johannis ferrarii filii quondam andree de tazolello totam terram pastenorum montis tazoli superius et inferius. quantum sibi pertinet in parte sua archiepiscopi. Hoc ideo fecerunt

quia cognouerunt publico instrumento ipsum archiepiscopum habuisse plenam possessionem ipsius terre in qua predictus iohannes introiuit et collegit inde fructus. tamen quia rogauerunt eum dimittere ei inuasionem fecerunt reddere alexandro castaneas. et ideo ut supra decreuerunt. Millesimo CXLVIII. mense nouembris indicione XI.

ITEM DE TAZOLI.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules opizo lecaucla. et Marinus porte. laudauerunt quod dominus syrus Januensis archiepiscopus ad proprium habeat totam terram et castanetum oberti ferrarii de boasi que est in montibus tazoli iusta terram alberti tazoleli. cui coerit de una parte terra que dicitur fa o fredo. de alia parte flumen lauanie. a tercia parte costa cerexedi. a quarta fossatus. ut pertinet ipsi oberto sine contradicione ipsius et heredum suorum et omnium personarum per eum. Hoc ideo fecerunt quia ipse obertus fuit confessus eis refutasse terram illam domino archiepiscopo et quia Rubaldus de trasi gastaldus archiepiscopi iurauit coram eis hanc confessionem oberti illius terre ueram esse. et ideo ut supra decreuerunt.

Millesimo CXLVIII. mense decembris. indicione XI.

DE TAZOLI.

In ecclesia sancti laurentii. Consules Marinus. et Wilielmus niger. laudauerunt. quod. dominus syrus Januensis archiepiscopus ad proprium habeat partem terre alberti tazolelli. et Wilielmi garrii. que est in pastenos montis tazoli sine contradicione ipsorum et omnium per eos. Hoc ideo fecerunt quoniam cognouerunt quod a preterito consulato plenam possessionem habebat de terra illius montis. et ipsi intrauerunt in eam absque ulla iusticia et colligerunt castaneas. et uocati fuerunt contumaces. noluerunt consulibus obedire nec pro

eis castaneas reddere. et idcirco pro inuasione eos condempnauerunt. et ut supra decreuerunt. Millesimo CXLVIII. Mense Januarii indicione XI.

DE DIUISIONE MEDOLICI CUM ADUOCATIS.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules. Obertus cancellarius. Wilielmus stangonus. Sismundus muscula. Wilielmus buferius laudauerunt. quod Dompnus Sirus Januensis ecclesie archiepiscopus eiusque successores deinde habeant et possideant. sine contradicione Wilielmi piperis. Rolandi aduocati. Turche filii quondam boniuasalli de aduocato omniumque personarum per eos. Nominatiue illam partem terre medolici. sicut termini positi sunt ex parte purcifere uiridis cum parte gurreti quod est in inferiori parte. Hanc laudem ideo fecerunt. quia res medolici erant comunes quas publicis estimatoribus fecerunt diuidere. scientibus utriusque partibus. Quibus diuisis Alexander hyconomus aduocatis et turche hanc diuisionem nunciauit. et consules per eorum executorem ipsis breuia diuisionum miserunt clausisque litteris alteram partium capi iubentes. Qui uiso executore et breuibus ceperunt unum. hoc in quo hec pars continebatur archiepiscopo dimisso. Consules igitur hoc considerantes. et quia sacramento taliter facere cogebantur laudauerunt ut prediffinitur. Guilielmo pipere pro eo curante. Millesimo CXLVIIII. septimo kalendas iulii indicione XI.

PRESBITER OBERTUS DE RIUARIOLO CUM NEPOTIBUS SUIS.

In capitulo. Consules Wilielmus uentus. Rubaldus besaza. laudauerunt. quod dominus Syrus Januensis archiepiscopus sine contradicione presbiteri oberti de riuarolio. et oberti de casa ueteri. eius consanguinei habeat et quiete possideat pecias tres terre. quarum una est in campo sculdaxio. alia in plazo. alia in ualle marenca.

et faciat inde quicquid uoluerit. Hanc uero laudem fecerunt. quoniam alexander domini Archiepiscopi yconomus. super presbiterum obertum et consanguineum de predictis terris et de aliis multis conquestus fuit. tunc presbiter obertus in iure confessus fuit predictas tres pecias de terra . . . . domino archiepiscopo dare. Et etiam testes quos ipse ad suam utilitatem uocauerat idem attestati sunt. Millesimo CXLVIIII. mense octubris indicione XI.

ITEM DE PRESBITERO OBERTO DE RIUAROLIO.

Placuit Domino Syro Januensi archiepiscopo. titulo conditionis usque ad uigintinouem annos expletos locare presbitero Oberto de riuarolio et Oberto et Jacobino nepotibus suis tanquam colonis. Nominatiue tres pecias terre iuris ecclesie sancti Syri. que posite sunt in lauania. una quarum est in campo sculdaxio. Alia in plazo. tertia in ualle marenca. Quas quidem debent habere. tenere iure locationis colere quo meliore usque ad annos uigintinouem expletos sine contradicione domini Syri Januensis archiepiscopi et successorum eius tam ipsi quam sui heredes infra hunc terminum. et dare atque consignare singulis annis tempore mercati de rapallo solidos duos et medium monete Janue nomine pensionis. Quam quidem si non intulerint et consignauerint uti prelegitur. aut etiam si fraudem in hac locatione fecerint. penam librarum decem quam ab eis Dominus archiepiscopus stipulatus est. curie prestabunt. et ab iure locacionis cadent. Quam similiter penam domnus archiepiscopus illis sub stipulacione promisit et pacto locacionis stare si forte infra hunc terminum eam illis auferre uel in pensionem addere uoluerit. Actum in pontile palacii de castello. Testes. Ogerius danisius. Albericus papiensis. Presbiter Rainaldus sancti siluestri. Michael subdiaconus. Rolandinus. Millesimo centesimo. Quinquagesimo. Quintodecimo die exeuntis septembris. indicione duodecima.

DE ROBORETO DE FULCO DE PIGNOLO.

Placuit Domino Syro Januensi archiepiscopo titulo condicionis usque ad uiginti nouem annos expletos locare.· Fulconi de pignolo et heredibus illius totam terram curie archiepiscopi quam ipse tenebat in roboreto et in aliis locis lauanie et suis partinentiis cum Opizone struxolo. Amedeo de uerzili. et cum Curado de uerzili fratre illius. atque Anrico de bruzono. Quam totam terram curie debet predictus fulco tenere cum suis heredibus et habere iure emphiteoticario usque ad uiginti nouem annos expletos iuxta morem ciuitatis Janue de libellariis. Ipsamque debet colere et meliorare ad utilitatem et proficuum curie domni archiepiscopi sicut emphiteoseos contractus expostulat. Inferre autem debebit prenominatus fulco et sui heredes singulis annis ad natiuitatem domini curie archiepiscopi et consignare nomine pensionis libram unam bone cere. Quam si minime singulis annis intullerit. seu quo fraudem in locacione ista commiserit. penam librarum decem curie archiepiscopi prestabit sicut illi stipulanti promisit. et insuper a iure locacionis et libellarii cadet et reuertetur ad curiam cuius est proprietas. At uero si domnus archiepiscopus uel sui successores. predictam terram fulconi aut suis heredibus auferre. diminuere. uel etiam in pensione addicere uoluerint. penam librarum decem sicut sub stipulacione illi promisit exsoluet et pacto huius locacionis stabit. Actum in camera archiepiscopi. Testes Obertus sulferus. Ogerius danisius. Fredenzonus superbia. Jordanus ise. Wilielmus lauezo. Millesimo. centesimo. Quinquagesimo primo. Quinto idus februarii. indicione XIIII.

DE HOMINIBUS DE NERUI QUI DEBENT FACERE OPERAS.

In palacio Januensis archiepiscopi. Consules. Guilielmus buferius. Obertus cancellarius. Sismundus. Guilielmus stangonus laudauerunt.

quod homines de nerui qui uocantur sancti syri deinde teneantur facere uineam de nerui. et cauare. et incidere tantos palos in bosco quot fuerint necessarii ad hanc uineam. et adducere de bosco ad uineam. et incidere cannas de illo canneto quod nunc est et adducere ad uineam. Insuper quoque deferre fenum duorum pratorum ad curiam archiepiscopi que est in nerui. Est enim hec uinea quam sic colere et curare tenentur ab inferiori capite iuxta stratam canellarum XLII. In medio iusta domum cannarum XXVIII et dimidie. Ab superiori capite. per maceriam que est secus uiam cannarum decem per rectam lineam. et protenditur hec mensura decem cannarum ab angulo domus que est ab alia parte uie superius. uidelicet ex transuerso uie. usque ad conigium. eo usque infra decem cannas conigium colligatur. Nam predicti homines hoc teneantur facere domino Syro eiusque successoribus. Hanc laudem ideo fecerunt. quia cognouerunt eorum confessionibus aliisque testium attestacionibus et indiciis. quoniam predicti homines hec facere cogebantur. set ut de mensura uinee nulla lis oriatur super terram iuerunt cunctaque mensura imposita ut prediffinitur decreuerunt. Torrente enim decurrendo in finibus uinee. quia omnis mensura eius terminatur. Millesimo CL. kalendis februarii indicione XII. At tamen Archiepiscopus faciat operas quinque pro terris sancti Syri quas comparauerat.

DE FILIIS CONONIS DE UEZANO ET FILIIS UGONIS DE NASCI.

In capitulo sancti laurencii. Consules. Botericus. Wilielmus de bonbello. Oto rufus. laudauerunt et affirmauerunt quod dompnus Syrus Januensis archiepiscopus sine contradicione filiorum quondam cononis de uezano. et filiorum quondam Vgonis de nasci. et capitis uidei. et omnium personarum pro eis. habeat et quiete possideat totam illam terram. quam filii cononis de uezano. et filii Vgonis de nasci. et caput uidei uel aliquis per eos. habent uel tenent in mazasco. et in curia sancti quilici. Et habeat inde fodera. et pensiones.

et albergarias. et collectam. et dacitam. et omnia que ipsi ex ea terra huc et usque habuerunt. uel soliti sunt habere. et faciat de predictis rebus et terra libere quicquid uoluerit. ipse uel eius successores. Hanc uero laudem isti consules fecerunt. quoniam archiepiscopus laudes habebat pro preteritis consulibus de predicta terra. Vnam nude possessionis. alteram plene. et insuper testium approbacione sufficienter probauit terram illam Sancti Syri esse. et libellariam episcopatus. et eciam duo libella ostendit que iohannes episcopus Janue inde fecerat. Visis a consulibus dictis testium. et laudes et libella. et aliis racionibus ut supra laudauere. Millesimo CLI. mense decembris. indicione XIIII.

DE SIESTRO.

✝ Petitionibus emphiteoticariis annuendo. locauit domnus Syrus Januensis archiepiscopus titulo condicionis presbitero Vgoni. et Sigefredo rauasado et alberto guastapano fratribus. filiis quondam Guidonis de sigestro et filiis eorum seu heredibus masculini sexus de legittimo coniugio natis. terram iuris curie sue quam habet in sigestro. loco saltarane et pertinentiis eius. scilicet de casale de podio quod diuiditur in tres partes. ex una quarum trium partium locauit eis quartam partem. ex alia uero duas. Item terciam partem de castagnedallo. de campolongo octauam. de cultura duodecimam. In bosco portaritio tertiam. In cornaledo medietatem. In tri.... medietatem. In lodenallo terciam partem unius castegnationis. In zucharo et castagnedo duodecimam. In campo delirino terciam partem. In omnibus enim predictis locis locauit illis partes designatas. siquidem totius pleni et uacui quas curia eius ibi habet cum omnibus supra se et infra se habentibus et cum toto comodo eorum. Excepto quod si infra illas prememoratas partes habetur terra que sit de pertinentia mazaschi. eam illis minime locauit. Suprascriptas itaque partes In Integrum habebunt. et iure emphitheutico possidebunt pro more ciuitatis Janue de libellariis cum suiis heredibus masculinis

quo usque ex eis heredes uel heres masculini sexus supererit. Et dabunt et consignabunt singulis annis curie domini Archiepiscopi denarios VI. ad natiuitatem domini nomine pensionis. Quos si non intulerint et consignauerint. aut etiam si aliquam fraudem in hac locacione adhibuerint. penam solidorum centum domino Archiepiscopo stipulanti prestabunt et ab iure locacionis cadent. Et si dompnus Archiepiscopus eis uel suis heredibus masculinis hanc terram ut supra locatam auferre uel in pensionem addere uoluerit. aut sui successores. penam solidorum centum similiter sub stipulacione prestabunt et pacto huius locacionis firmiter stabit. Actum in ecclesia sancti laurentii. Testes boamuns odonis. Ansaldus mallonus. Obertus sulferus. Presbiter iohannes de saltarana. presbiter Girardus de sigestri. Millesimo centesimo. Quinquangesimo secundo. Tercio die intrantis februarii indicione XIIII.

LAUS DE DECIMA DE ORDINATIONE DOMINI ARCHIEPISCOPI.
DE SOSILIA USQUE AD PONTEM CLERICORUM.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Guilielmus niger laudauerunt. quod laus illa quam fecerunt ecclesie sancti laurentii de decimis hominum habitancium ab Sosilia illac usque ad pontem Clericolum. exceptis hominibus de insulis et carmadino quos non iudicauerunt nullo modo noceat domino Syro ianuensi archiepiscopo uel eius successoribus ad disponendum decimas secundum sanctos canones. ita quod illa laus nullum obstaculum uel exceptionem sibi faciat. set sua sit talis potestas et discrecio ad ordinandas decimas tanquam nulla laus facta esset. Millesimo CXLI. primo kalendas februarii indicione tercia.

Istud enim est exemplar scriptum in quadam parua cartula. set uerendo ne perderetur. Consules. Guilielmus buferius. Guilielmus stangonus. Conradus de curia in presenti registro scribere iusserunt. et laudauerunt ut obtineat uim et auctoritatem et laus ista

firma et stabilis permaneat. Millesimo CLIII mense ienuarii indicione XV.

DE BENESTAI.

In capitulo. Consules. Wilielmus picamilium. Oglerius guidonis laudauerunt quod dompnus Syrus Januensis Archiepiscopus habeat illam plenam possessionem quam in preterito consulatu de terra de benestai habebat. et hoc sine contradicione Rubaldini de uignolio et uxoris sue quondam neptis guilielmi de monticello. Item laudauerunt quod Rubaldinus teneatur reddere omnes res illas. quas de illa possessione et ab omnibus illis qui archiepiscopo de ea possessione respondebant acceperat. Hanc uero laudem fecerunt quoniam Rubaldinus ex illa prossessione aduersus archiepiscopum ante eos conquestus fuit. et quia Rubaldus ante sententiam res illius possessionis acceperat et consules litis huius eum ante se uocauerunt. et uenire noluit. et pro eius contumacia ut supra laudauerunt. Millesimo CXLVIII. mense ienuarii indicione X.

Istud est exemplar unius laudis quam scripserat in quadam parua cartula guilielmus de columba. set uerendo ne amissione huius cartule. perderentur iura curie. coram consulibus. Conrado Ruffo de curia. Guilielmo cigala. Guilielmo bufferio uenerunt missi archiepiscopi pro eo rogando ut has laudes in registro scriberent. et firmas esse laudarent. Qui prouidentes utilitati et necessitati curie cum eorum auctoritas ad hoc fuerat necessaria. Hoc exemplar fieri iusserunt. et firmum et stabile esse laudauerunt. eamque uim et auctoritatem quam obtinebat laus quam scripserat Guilielmus columbe obtinere decreuerunt. Millesimo CLIII. die kalendis februarii indicione XV.

DE UERZELI ET DE FONTANA BONA.

In ecclesia sancti laurentii. Consules Marinus. Guilielmus niger laudauerunt. quod Dominus Syrus Januensis archiepiscopus habeat ad proprium et quiete possideat sine contradicione petri de uerzili et fratris eius serui dei et omnium per eos. totum illud quod ipsi tenebant in uerzili et in fontana bona cum domo plenum et uacuum in integrum. quam Amedeus de uerzili tenuit pro libellaria et insuper possessionem et iussu eorum preceperunt accipere sua auctoritate. Hoc ideo fecerunt. quoniam uocauerunt eos ad faciendam racionem. et postea in placito adstare noluerunt. et ideo ut supra decreuerunt. Millesimo CXLVIII. mense septembris indicione XI.

Istud est exemplar unius laudis quam scripserat phylippus notarius scriptum in quadam parua cartula. set uerendo ne amissione huius iura curie perderentur. Consules. Wilielmus bufferius. Guilielmus cigala. Conradus de curia hoc in presenti registro significari iusserunt et eam uim et auctoritatem quam obtinebat laus illa ad cuius exemplar hoc factum fuit omni tempore laudauerunt. Millesimo CLIII. die kalendis februarii indicione XV.

DE UERZILI.

In palatio archiepiscopi. Consules Vgo iudex. Obertus cancellarius. Ingo de uolta laudauerunt. quod dominus Syrus Januensis archiepiscopus habeat plenam possessionem sine contradicione guilielmi de uerzili et alinerii et filiorum uasalli de uerzili et Johannis bechi et filiorum Wilielmi de plecania omniumque per eos personarum. Nominatiue de decima quam isti homines accipiunt in plebegio plecagne. Videlicet in uerzili. In fontana bona et in leuasco. et in ursega. et in aliis locis istius plebegii. et similiter habeat plenam possessionem de terra de manegra sine contradicione filiorum

aguxini de faxa plana atque iohannis de clauaro et mariscoti et fratris sui filiorumque tadi et filiorum iohannis et filiorum pagani de raperto. Item habeat plenam possessionem de terra de lamazola absque contradicione oberti de uederedo. et aguxini de uederedo nec non Ermeline et suorum fratrum et oberti de uederedo. Preterea habeat plenam possessionem terre de nerui que est prope curtem donnicatam sine contradicione aguxini filii belloni de tellagna et omnis persone pro eis. Hoc ideo suprascripti consules statuerunt. quoniam per eorum executorem uocauerunt infrascriptos homines omnes ut uenirent ad respondendum domino Syro archiepiscopo de prefatis rebus ac decima. qui uenire ante eos contempserunt. Qua de causa missum domini archiepiscopi pro eo per malcaualcam guardatorem in possessionem supra nominatarum terrarum et decime miserunt. ut supra decreuerunt. Millesimo centesimo XLVIII. mense ienuarii indicione X.

Istud est exemplar unius laudis quam scripserat Arnaldus iudex. set uerendo ne amissione unius parue cartule iura curie perderentur. Consules Guilielmus bufferius. Guilielmus cigala. Conradus de curia laudauerunt. Hoc eam uim et auctoritatem obtinere quam obtinebat exemplum ad quod hoc exemplar scriptum fuit. Jubendo ut presenti registro significaretur. Millesimo CLIII. kalendis februarii indicione XV.

DE BENESTAI.

In ecclesia sancti laurentii. Consules Oglerius de guidone. Ido gontardus Laudauerunt. quod dominus Syrus Januensis Archiepiscopus plenam habeat possessionem. de toto hoc quod guilielmus de groppo et nepotes eius tenent a presenti die in benestai pro libellariis Januensis archiepiscopi. et de hoc uidelicet quod Cazaguerra filius quondam cononis de uezano tenet in benestai in eodem loco ex parte uxoris que fuit nepta Guidonis de monticello et faciat de predictis rebus libere quicquid uoluerit. Hanc uero laudem isti consules ideo fecerunt. quoniam dominus archiepiscopus laudem nude pos-

sessionis habebat de predictis rebus usque ad annum unum a consulatu guilielmi de uolta et Guilielmi porci et sociorum. et quia superius nominati consules dixerunt eis ut domino archiepiscopo racionem facerent et in iure stare noluerunt. ideo ut supra laudauerunt. Millesimo CXLVI primo die mensis ienuarii indicione VIII.

Istud est exemplum unius laudis quam scripserat guilielmus de columba. set uerendo ne amissione cartule iura curie perderentur. Consules. Conradus de curia. Guilielmus bufferius. Guilielmus cigala. Hoc exemplar fieri iusserunt. laudando illam uim et auctoritatem obtinere quam obtinebat exemplum ad quod factum fuit. Millesimo CLIII. kalendis februarii indicione XV.

DE BEIAME.

In ecclesia sancti georgii. Consules Ceba. Oto iudex laudauerunt Bellianum et ursum quondam nepotes berardi de sancto olaxi deinde esse famulos dompni Syri Januensis archiepiscopi et successorum eius et faciat ex eis sicut de aliis famulis. Hanc laudem ideo fecerunt quia et parentum origine. eorumque confessione hos eiusdem ecclesie famulos esse cognouerunt. Millesimo CXLII mense decembris indicione V.

Istud est exemplar unius laudis quam scripserat Bonus uasallus caput galli. set uerendo ne eius amissione iura curie perderentur. Consules Guilielmus bufferius. Wilielmus cigala. Conradus de curia hoc exemplar fieri iusserunt. laudando eam uim et auctoritatem obtinere. quam obtinebat exemplum ad quod factum fuit. Millesimo centesimo LIII. kalendis februarii indicione XV.

DE MOLINO DE LA BRETESCA.

Testes lambertus porcus. Dietesalue papiensis. Presbiter iohannes de salterana. Girardus dapifer archiepiscopi. Obertus sulpharus. Vgo

Archiepiscopi. Nos Guilia filia quondam belloti et Girardus filius quondam amici iugales uendimus uobis Domino Syro Januensi archiepiscopo quartam partem unius fitte molendini de bretescha nostra libellaria cum hoc quod habemus in insula cum aqua.... et omni iure et comodo suo. per precium solidorum quadraginta denariorum Janue quos a uobis cepisse profitemur. Spondimus nos qui supra iugales uobis uestrisque successoribus prefatam uendicionem ab omni homine defendere. Quod si non potuerimus. in duplum eam uobis restituemus. in consimili loco sicut fuerit meliorata aut ualuerit sub stipulacione. Subponendo uobis pignori res omnes quas habemus uel habuimus pro euictione dupli. Parentes quorum consilio fecerunt hanc uendicionem et pignoracionem fuerunt. Blancus de bruxeto. et Vidianus. Actum in palacio ianuensis archiepiscopi feliciter. Millesimo CLV. tercio kalendas madii indicione secunda.

ANTE PORTAM DE PALATIO DE DOMO.

In palacio Archiepiscopi Januensis. Consules Wilielmus cauarunchus. Ottobonus. Anselmus de capharo. Nuuelonus. laudauerunt quod domnus Syrus Januensis Archiepiscopus possit restituere scalam que descendit de domo que fuit cephalonie et quam Otto notarius interruperat ante domum suam. Et restituat hanc sicut fuit antiquitus et hoc sine contradicione eiusdem Ottonis et omnium per eum. Quod uero ideo factum est. quoniam cum predictus Otto hanc scalam interruperit. fecit in illum dominus Archiepiscopus querimoniam. querens huius scale restitutionem absque ratione interrupte. Ad quod Otto obitiens. illam esse ibi precario allegauit. Sed hoc probare cum negaretur sibi nequiuit. Quia igitur hanc scalam consules antiquitus ibi esse cognouerunt. et eam Otto sua auctoritate interrumpisse confitebatur. ut prelegitur laudauerunt. Millesimo centesimo. sexagesimo. Duodecimo die martii. Indicione VII.

ANTE PORTAM DE PALATIO DE DOMO.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Wilielmus bufferius. Guidotus de nigrone. Guido de laude. lambertus philipi. laudauerunt quod domnus Archiepiscopus habeat liberum introitum et egressum per scalam que est ante domum Ottonis notarii. quam comperauit ab matilda. Et hoc habeat sine contradicione ipsius Ottonis et omnium per eum. In domum que est curie ipsius Archiepiscopi. et ex ea. que domus fuit olim cefalonie. Et hoc introitum liberum habeat et regressum cum honeribus ipsi domui necessariis. Quod uero ideo factum est. quoniam cum esset laudatum in preterito consulatu restituere predictam scalam. quam Otto ipse interruperat. ingressum et regressum per eam cum honeribus sue domui necessariis Archiepiscopo et missis suis propediebat. De quo facta querimonia. et datis testibus probauit domnus Archiepiscopus quoniam habitantes in ea domo que fuit cefalonie et non est curie sue liberum ingressum et regressum cum honeribus ipsi domui necessariis per hanc scalam habebant. Que quidem ipse Otto ante sententiam confitebatur. Ideoque uti prelegitur laudauerunt. Millesimo centesimo. sexagesimo primo. quinto die exeuntis aprilis. Indicione octaua.

LAUS CONTRA GUIDONEM DE LAUDE DE MOLENDINO DE FUCE.

† In palacio Archiepiscopi. Consules Anselmus garrius. Wilielmus cauarunchus. Anselmus de caphara. Bonus uasallus de castello. laudauerunt quod Guido de laude destruat nouum opus quod fecit ad sanctum petrum de arena super terram archiepiscopi ad fluuium porcifere. Videlicet fossatum. et clusam quam fecerat per transuersum. uolens capere aquam de lecto ipsius fluminis porcifere. et per eas ducere et immittere in clusam molendini de fuce. neque pos-

sit de cetero huiusmodi super terram illam et gorretum facere. nec aquam capere in tota fronte ipsius terre uel gorreti curie archiepiscopi. Quod uero ideo factum est. quoniam cognouerunt id esse nouum opus. et ne illud faceret. sibi denuntiatum in principio laborationis. Fuit etiam ipse Guido in iure confessus. terram hanc et gorretum curie archiepiscopi esse. et ex gorreto quod ibi est. annualem redditum curia capit a conductoribus. Testibus etiam probatum fuit quoniam promiserat domino Syro Archiepiscopo predecessori suo prememoratum nouum opus destruere quando uellet Archiepiscopus. Quia igitur terra illa curie domini Vgonis Archiepiscopi erat. que et fide occulata et confessione ipsius Guidonis cognouerunt. et ob hoc nichil in ea aut super eam ipso inuito iure facere ipsi Guidoni licebat. pronuntiauerunt ueluti superius est prelaudatum. Millesimo. centesimo. sexagesimo quarto. Nono decimo die Junii. Indicione Vndecima.

LAUS DE SCALA ET TABULA DOMUS QUE ASCENDIT IN DOMUM OTONIS NOTARII.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Jonathas de campo. Philippus bonefacii. Paschal de marino. Laudauerunt quod Otto notarius. et sine contradicione Domni Vgonis Januensis archiepiscopi et successorum eius. atque omnium per eos teneat tabulam unam ex sua domu. quam comperauit ab matilda de patarda in secundum scalilem superioris capitis scale domus curie Archiepiscopi que fuit Cefalonie. que tabula sit latitudinis solummodo pollicum decem et septem ab utroque capite et in medio. habeat etiam ipse Otto liberum transitum per tabulam illam in scala domus predicte Archiepiscopatus et descensum et ascensum per eandem scalam. non obstantibus ei laudibus duabus siue sententiis latis pro domno Archiepiscopo de eadem scala. cum post eas iudicatum fuerit per sententiam consulatus. ipsum Ottonem habere tabulam in memo-

rato scalili superioris capitis iam dicte scale. Verum quia eius amplitudo tabule nimia erat in tantum quod impedire uidebatur ingressum et regressum euntibus in domum curie cum oneribus necessariis. et ob hoc est utrinque citatum. cognitis parcium allegacionibus. ueluti prelegitur laudauerunt. Millesimo. centesimo. Sexagesimo. septimo. Vicesima tercia die Januarii. Indicione xiiii.

✝ In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Philippus bonefacii. Jonathas de campo. Pascalis de marino. laudauerunt quod Domnus Hugo Januensis Archiepiscopus habeat ex bonis petri brundi de sauri quibuscumque uoluerit ualens quatuor minas salis quas confitebatur se illi debere ex decima maris. Verum quia in solucione cessabat. illum ueluti confessum condempnantes. ueluti prelegitur laudauerunt. Millesimo. centesimo. Sexagesimo. septimo. secundo die februarii. Indicione xiiii.

LAUS GORRETI DE MURUALO. CONTRA GUILIELMUM SCEMINUM.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Arbiter electus a partibus. Maister Vgo sua sentencia laudauit ut dominus Vgo Januensis Archiepiscopus et sui successores habeant ad proprium iure alluuionis et quiete exinde possideant sine contradicione Wilielmi scemini et omnium personarum per eum. Nominatiue Gorretum de muruallo in fronte terre Archiepiscopatus et in fronte terre eiusdem Wilielmi scemini ultra aquam. et est ad radicem montis medolici. Hoc ideo fecit quoniam Maister Anselmus minister et procurator curie Archiepiscopi pro eodem Archiepiscopo domino Vgone ipso confirmante. et Wilielmus sceminus sub pena mille solidorum quam inter se stipulati fuerunt in ede Vgone maistro ex eodem gorreto compromiserat. et cum inter eos de gorreto isto foret contencio dicendo unusquisque sibi debere competere quia illorum terre accedebat ostendendo inter se rationes. et quia flumina uice censitorum fun-

guntur. Cognouit igitur Maister Vgo quod iure alluuionis magis gorretus iste racionabiliter competebat terre domini Archiepiscopi et sue curie. et maxime quia terra Wilielmi scemini est ultra aquam. et aqua fluminis per medium decurrebat inter terram eiusdem Wilielmi scemini et eundem gorretum. et gorretus iste erat citra flumen in fronte terre curie domini Archiepiscopi. quare ut supra Maister Vgo decreuit. et sententiam in sancta maria de uineis protulit. Millesimo. centesimo. sexagesimo. Octauo. Exeunte mense Julio Indicione xv.

LAUS DE ROCHA TAIADA ET DE MONTE CORNALIO.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules. Helias. Capharus. Guilielmus iudex. laudauerunt Domino Syro Januensi Archiepiscopo plenam possessionem de medietate cornalii. et de medietate de rocha taiada. Hoc ideo fecerunt. quia dominus archiepiscopus lamentatus fuit ex his rebus aduersus Rolandum aduocatum. qui contumax existens. in iure stare noluit. et idcirco laudauerunt ut prediffinitur. Millesimo CXLIIII. mense decembris. Indicione VI. Bonus uasallus notarius per preceptum istorum consulum scripsit.

Hanc laudem alibi separatim scriptam in cartula parua. postulacione Domini Hugonis Januensis Archiepiscopi propter utilitatem curie sue. Consules Anselmus de caphara. Henricus gontardus. Wilielmus de nigrone. Wilielmus cauarunchus exemplificari et transcribi hoc registro fecerunt ad exemplar prioris et originalis timentes illius amissionem cum esset in parua materia primitus scripta. Illam itaque cernentes completam et in mundum uniuersum redactam et a Marino et Vgone iudice testatoribus publicis testatam et subscriptam. Hanc pro tenore prioris nihil addito uel minuto transcribere ex sui consulatus officio fecerunt. laudantes istam per omnia ualere sicut prima. et ex hac possit curia efficaciter experiri contra omnes personas. Millesimo. centesimo. Septuagesimo secundo. Decima die Jenuarii. indicione IIII.

Concordia est inter dominum Vgonem Januensem Archiepiscopum et uicedominum Anselmum. et Guidotum de nigrone. Atque Symonem Aurie de hoc quod factum est pro molendino curie domini Archiepiscopi et Guidoti pro faciendo molendino per eos in besanio. ita ut destruatur hoc quod factum est extra murum loci Guidoti de suptus. uersus bisanium. et hoc quod factum est a uia priuata symonis aurie in super uersus besanium usque besanium. Saluis omnibus racionibus curie Archiepiscopi et Guidoti. et simonis aurie. ita quod hec conuentio non noceat racionibus curie et guidoti neque simonis aurie neque prosit. Et si dominus Archiepiscopus et eius curia et Guidotus aliquod opus facere uoluerint ibi. quod ex conuencione eis non noceat. et ita insimul conuenerunt dominus Archiepiscopus Vgo et Guidotus cum symone Aurie. In pontili palatii Archiepiscopi feliciter. Millesimo centesimo. Septuagesimo secundo. Exeunte Mense Julio die quinto. Indicione iiii. Testes. Boiamundus odonis. Lambertus de felippo. Nicola berfogliis. Wilielmus de teitoica. Enricus iudex. Guido laudensis iudex.

CARTULA DE OPERIBUS ET SERUITIIS QUE FACERE DEBET ANDREAS BENZO.

Ego andreas bencius promitto Vobis domino Vgoni Januensi Archiepiscopo. Atque conuenio. Et uicedomino Anselmo pro curia uestra. Quod exinde omni tempore Ego qui supra Andreas bencius et meus heres pro mea parte quam habebam in molendino de bretesca que erat media feta. et pro quarta fete Molendini soteradi quam mihi uendere concessistis et permisistis. Ego et meus heres amodo faciemus uobis et curie uestre omnia seruicia et omnia opera complebimus uobis et uestris successoribus quibus uobis et uestre curie tenebar. Aliquo modo antea quam ego Andreas uendidissem prenominatam mediam fetam molendini de bretesca. et quartam partem fete Molendini soteradi. quas ego uendidi consensu uestro. et ita uobis et uestre curie amodo in perpetuum ego

Andreas benzus et meus heres per omnia faciemus seruitia omnia. et opera omnia uobis complere promittimus. ita quod amodo ego Andreas uel heres meus non possimus aliquo modo nos tueri neque euitare quin faciamus uobis et uestre curie et compleamus omnia opera et seruitia tamquam haberemus partes istas supradictorum molendinorum et eas non haberemus uenditas neque traditas. Quod si hoc facere presumpserimus. quod uos et uestri successores et uestre curie missi habeatis potestatem uestra auctoritate sine decreto consulum et querimonia accipiendi omnia bona nostra. et introire in possessionem. et nomine pene quam uobis promittimus. et domino uicedomino pro curia uestra stipulanti. et faciatis ex rebus nostris quicquid uolueritis. sine nostra et heredum nostrorum contradicione. In palacio Archiepiscopi feliciter. Millesimo. centesimo. Septuagesimo. Secundo. Exeunte mense madii indicione IIII. Testes Bonifacius Archidiaconus sancti laurentii. Presbiter Guiscardus curie Archiepiscopi. Guido laudensis iudex. Petrus Guastamercatus. Girardus Archiepiscopi. Girardus de lanzo. Rubaldus maurellus.

DE EMPTIONE MOLENDINORUM DE BISANNIO A LAMBERTO PORCO.

Cartula uendicionis sub dupla defensione quam fecimus nos Lambertus porcus filius quondam Ansaldi. et Druda iugales. Vobis Domino Vgoni Januensi Archiepiscopo. Et uicedomino Anselmo nomine uestre curie. Nominatiue meam partem qui supra lamberti porcelli. Videlicet duorum molendinorum. que duo molendina infra democollam uestre curie sunt in besanio. Istam meam partem istorum duorum molendinorum que sunt infra uestram democoltam besanii pro indiuiso. una cum clusa et parata. et Aqua ductile et discursu et introitu et exitu una cum omnibus rebus ipsis molendinis duobus pertinentibus nichil in nobis retento in istis molendinis. Prenominatam meam partem pro indiuiso. Nos coniuges Vendimus lambertus porcus et druda uendidimus uobis domino Vgoni Januensi Archiepiscopo

et uestre curie. et uicedomino Anselmo. et possessionem huius prefate partis istorum molendinorum duorum pro indiuiso uobis et uestre curie una cum dominio tradimus omnia In Integrum. faciendum exinde uos et curia uestra ad utilitatem uestre curie et successores uestri et cui dederitis nomine proprietatis quicquid uolueritis. sine nostra et heredum nostrorum contradicione. Per pretium librarum Sexaginta denariorum Janue. Quas libras Sexaginta Nos coniuges confitemur a uobis suscepisse. Et ex istis Sexaginta libris in denariis A uobis et a uestra curia sumus soluti et quieti. Ab omni homine defendere et auctorizare. Nos Coniuges Lambertus porcus et druda una cum nostris heredibus Promittimus Vobis Domino Vgoni Archiepiscopo uestrisque successoribus et Vicedomino Anselmo pro curia uestra et cui dederitis ad utilitatem uestre curie. quod si defendere et auctorizare non potuerimus. aut si aliquo modo subtrahere quesierimus in duplum huius uendicionis sicut exinde erit meliorata. Nos iugales Vicedomino Anselmo stipulanti nomine curie et pro uobis penam dupli promittimus. Pro qua uobis et uestre curie omnia bona nostra pignori obligamus. Ista uero molendina que sunt in besanio sunt iusta terram curie uestre et iusta stratam. Et nos iugales lambertus et druda obligamus nos in solidum in hac uendicione. et unusquisque nostrum in solidum uobis et uestre curie teneatur. tam pro uendicione et euiccione et pena dupli. Ego druda renuncio senatus consulto uelleiano. et legi iulie et Juri hypotece. Et facio conscilio et auctoritate Wilielmi paucalane. et Gandulfi de uecino. et Cunradi cuglarade parentes et amici mei. Insuper Juramus nos coniuges Lambertus et Druda Super sancta dei euangelia Vobis domino Archiepiscopo et Maistro Anselmo uicedomino pro curia Amodo in perpetuum firmam tenere et incorruptam hanc uendicionem. et Ista quarta pars horum molendinorum non est uendita neque alienata a nobis aliqui alio. neque obligata nisi illi quem uobis nominauimus. In domo istorum Jugalium feliciter. Millesimo. Centesimo. Septuagesimo. Secundo. Exeunte mense Augusti die Octauo. Indicione. quarta.

Signa manuum istorum Jugalium hanc cartulam uendicionis fieri rogauerunt. Testes Boiamundus Odonis. Lambertus de felipo. Presbiter Oto Archiepiscopi. Blancus canonicus. Enricus iudex. Wilielmus de paucalana. Gandulfus de uexino sancti Laurencii. Albertus de Wilielmo de albare. Cunradus cuglarada.

Cartula uendicionis sub dupla defensione quam facio ego Opizo Scaramangus filius quondam drude. Et Sibilia iugales. Vobis domino Vgoni Januensi Archiepiscopo et uestre curie Per presbiterum Guiscardum qui pro uobis et uestra curia suscepit. Nominatiue sextam partem unius pecie terre que est comunis cum uestra curia. et est in medolico in loco ubi dicitur guastus. Cui coheret. A duabus partibus est terra curie. A tercia parte de supra est terra Enrici Rufi. A quarta uero parte est terra oberti de ponte. Infra has coherencias. Istam sextam partem huius pecie terre. Omnia plenum et uacuum. Nos coniuges Opizo et sibilia uendimus uobis Domino Archiepiscopo Vgoni et uestre curie. et possessionem cum domo uobis et uestre curie tradimus In Integrum. faciendum exinde a presenti die uos et uestri successores et cui dederitis ad utilitatem uestre curie nomine proprietatis quicquid uolueritis. sine nostra et nostrorum heredum Contradicione. Per precium solidorum Quadraginta quinque denariorum Janue. quos solidos quadraginta quinque nos coniuges a uobis et a uestra curia recipimus. Ab omni homine defendere et auctorizare nos iugales Opizo et sibilia una cum heredibus nostris. promittimus uobis Archiepiscopo et uestris successoribus. et cui dederitis ad utilitatem curie uestre. Quod si defendere et auctorizare non potuerimus. aut si aliquo modo subtrahere quesierimus in duplum istius uendicionis sicut erit meliorata. Presbitero Guiscardo pro uobis et uestra curia stipulanti penam promittimus. Vnde uestre curie omnia bona nostra pignori obligamus. Ego sibilia facio conscilio et auctoritate Alberti lercarii et Rubaldi filii sui. et Renuncio senatus consulto uelleiano. et Juri ypothece et legi iulie.

et sunt isti parentes et amici mei. Ad pontem in domo Ardoini feliciter. Millesimo. Centesimo. Septuagesimo. Secundo. exeunte mense Julii die x. Indicione iii. Testes Albertus lercarius. Rubaldus filius eius. Ferrarius de medolico. Jacobus corezarius. Wilielmus frater petri de turri. Enricus rufus de gario.

LAUS DE ROCA TAIADA ET DE MONTE CORNALIO.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules. Rodoanus. Guilielmus bufferius laudauerunt. Dominum Syrum Januensem Archiepiscopum habere plenam possessionem medietatis Roche taliate et cornalii. Sine contradicione Rolandi aduocati et omnium per eum personarum. Hanc uero laudem prefati consules ideo fecerunt. quia cognouerunt Dompnum Syrum Januensem Archiepiscopum fuisse in possessionem laude preteriti consulatus quam illi abstulerunt et Rolando dederunt. eo quod Rolandus tempore quo Archiepiscopus ante quam recederet ueniret (*sic*). debebat in placitum stare. Cognouerunt enim consules tam dictis plurimorum quam unius missi quem ad Rocham taliatam miserunt causa uocandi eum uenire in causam cum Archiepiscopo. quo tempore quo Archiepiscopus rediit. ad Castrum Roche taliate aderat. Consules igitur hac considerata ratione. tum quia missum eorum uidere contempsit. tum quia illum tunc temporis latitare presumpserunt ut prediffinitur decreuerunt. Possessionem quoque per eorum personas. Alexandro Januensis ecclesie hyconomo. per Archiepiscopum tradiderunt. Millesimo. centesimo. quadragesimo sexto. Mense Januarii. Indicione Octaua. Bonus uasallus notarius per preceptum istorum consulum scripsit. Wilielmus malocellus subscripsit. Philippus lamberti subscripsit.

Hanc laudem alibi separatim scriptam in cartula parua. postulacione dompni hugonis Januensis Archiepiscopi propter utilitatem curie sue. Consules Wilielmus mallonus. Guidotus de nigrone. Vgo Albericus. Anselmus de capharo exemplificari et transcribi hoc registro

fecerunt. ad exemplar prioris et originalis. timentes illius amissionem cum esset in parua materia primitus scripta. laudantes ex officio sui consulatus. hanc per omnia ualere siculi prima. et ex hac possit curia efficaciter experiri contra omnes personas. Millesimo. centesimo. Septuagesimo tercio. Decima die Junii. Indicione quinta.

DE COMEPRA LANFRANCI BRUGNONIS DE MOLAZANA.

Cartula uendicionis sub dupla defensione quam facimus nos Lanfrancus brugnonus et Oglerius filius eius. et sopfia uxor istius Oglerii. Domino Vgoni Januensi Archiepiscopo et eius curie per uicedominum Anselmum qui nomine Archiepiscopi et Curie sue suscepit. Nominatiue locum unum iuris nostri cum mansione et uinea et arboribus super habentem. quem habere uisi sumus in molazana ubi dicitur casuptana. Cui coheret a tribus partibus uia. A quarta uero parte est terra curie Archiepiscopi. Similiter uendimus et tradimus uobis et uestre curie totum hoc quod nos habemus in pecia terre de post borgo. et in roboreto una cum omnibus aliis terris quas nos Lanfrancus et Oglerius suus filius et sofia nurus lanfranci habemus et detinemus infra uillam molazane. et in omnibus exitibus et pertinentiis. et prenominatum locum de casuptana. una cum exitibus et pertinenciis eiusdem loci de casuptana. omnia plenum et uacuum. Nos lanfrancus brugnonus et filius eius Oglerius cum uxore sua sofia. Vendimus uobis domino Vgoni Archiepiscopo et curie uestre per uicedominum Anselmum qui pro uobis et pro uestra curia recepit. et possessionem cum dominio sibi uestro nomine et nomine curie uestre tradimus. faciendum exinde uos et uestri successores ad utilitatem curie uestre quicquid nomine proprietatis uolueritis sine nostra et heredum nostrorum contradicione. Per precium librarum quadraginta denariorum Janue. Quas Quadraginta libras nos a uobis domino Archiepiscopo et a uicedomino pro uobis et pro curia uestra suscepimus. et inde soluti a uicedo-

mino uestro nomine sumus. Ab omni homine defendere et auctorizare. Nos lanfrancus brugnonus et Oglerius filius suus et sofia uxor oglerii. una cum nostris heredibus promittimus uobis uestrisque successoribus et cui dederitis ad utilitatem uestre curie. Quod si defendere et auctorizare non potuerimus aut si aliquo modo subtrahere quesierimus. In duplum istius uendicionis sicut exinde erit meliorata. Vicedomino Anselmo stipulanti pro uobis domino Vgoni Archiepiscopo et nomine uestre curie penam dupli promittimus. Pro qua nos omnia bona nostra tam habita quam habenda uobis et curie uestre pignori obligamus. et nos Lanfrancus et Oglerius cum sofia uxore. In nobis retinemus totum hoc quod nos habemus in molendino de insulela. et in aquarezo et in terra que est iusta molendinum et que est de supra molendino isto. quod nos non uendimus. neque tradimus. Sed totum aliud ut superius dictum est uobis est uestre curie perpetue habere ad proprium et possidere confirmamus In Integrum. Ego Sofia facio consilio et auctoritate dondedei de Oglerio guidonis. et Ansaldi de porcile. et Renuncio senatus consulto uelleiano et legi iulie et iuri ypothece. et isti sunt parentes et amici mei quorum conscilio hoc facio. In palacio Archiepiscopi feliciter. Millesimo. centesimo. Septuagesimo. Tercio. exeunte mense Septembris die decimo Indicione vi.

Signa manuum Lanfranchi brugnonis. et Oglerii filii sui. et Sofie coniugis oglerii.

Hanc cartulam uendicionis huius terre molazane ut superius relegitur. Que terre Ab extimatoribus publicis fuerunt extimate. et eorum extimacione uendiderunt. et fieri rogauerunt. et possessionem curie tradiderunt. Testes Ansaldus de porcile. Presbiter Vgo sancti siluestri. Bonus uasallus canonicus. Dondedeus de Oglerio Guidonis, Girardus Archiepiscopi. Albericus Archiepiscopi.

LAUS CONTRA LAMBERTUM GUERCIUM DE PARADA MOLENDINI DE BISANNIO.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Guidotus de nigrone. Boamuns odonis. Rogerius iuste. Absoluerunt Domnum Hugonem Januensem Archiepiscopum. et Rubaldum porcum a Lamberto guercio et omnibus per illum. Ex ea querimonia qua illos conuenit postulans ut opera que fecerant in flumine bisamnii prope terram suam demolirentur et remouerentur. ea ratione quia terre sue quas ibi habet lesionem facerent. ac si non liceret illis facere ibi paradam aut aquam capere. Supra quibus cum diutius citatum esset utrinque. tandem exhibitis laudibus et sententiis consulatuum. manifeste cognouerunt quod ius Domno Archiepiscopo erat. et Rubaldo porco paradam ibi facere et aquam capere. eo loco et amplius infusum. quo nemine capiebat. et quo paradam illam fecerant. Ideoque eos ueluti prelegitur absoluerunt. Millesimo. Centesimo. Septuagesimo. Quinto. nona die madii. Indicione septima.

LAUS CONTRA PETRUM UEGIUM.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Rogerius iuste. Anselmus de caphara (*). Guidotus de nigrone. Boamuns odonis. laudauerunt quod Domnus Hugo Archiepiscopus amodo habeat et

(*) Che Anselmo di Caffara fosse rivestito della dignità consolare nell' anno 1175-1176, ci viene per la prima volta insegnato da questo documento, tacendone affatto gli annalisti, e perfino il Codice parigino di Caffaro, giusta quanto mi assicura l' egregio amico sig. avv. Canale, che intorno all' edizione del medesimo si travaglia, per onorevolissimo incarico del Municipio genovese. Certamente Anselmo era destinato a giudicare le cause nelle *Compagne* verso la Città ; perchè i tre suoi colleghi nominati nell' atto erano applicati alle stesse, e perchè degli altri quattro addetti a quelle verso il Borgo ci hanno serbata memoria i cronisti

nomine proprietatis possideat sine contradicione Petri uegii et omnium per illum. Omnes decimas et fructus earum que hoc anno prouenerunt de plebe sigestri. et uarie. manzasco et munegia. et casteiono. et pensiones curie sue in his locis. Quia cum ista teneret conuenit illum querens ut ea curie sue dimitteret in quiete cuius erant exhibende laudes et sententie plurime consulatuum. quibus continebatur quod sibi et curie sue laudate erant contra parentes et antecessores ipsius Petri uegii a quibus ei obuenisse dicebat. Ideoque fructus omnes et pensiones ex illis decimis anno hoc prouenientes. domno Archiepiscopo laudauerunt et dare fecerunt. De perceptis uero ab hoc anno retro ructibus illum absoluerunt. Sed decimas ipsas et pensiones eidem laudauerunt ueluti continetur superius contra ipsum petrum uegium et omnes per illum. Millesimo. Centesimo. Septuagesimo sexto. Octaua die Januarii. Indicione octaua. et maxime quia illas de munegia et casteiono contradicere noluit. Immo. fuit confessus eas Archiepiscopi esse.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules de placitis. Obertus de nigro. Obertus rocius. Ansaldus golia. et Johannes de infantibus laudauerunt. quod dominus Enricus malus aucellus non inquietet de cetero possessionem Domino Archiepiscopo prese uel aque molendini ductus sui de glairolo. et ut permittat eum ducere et facere presam et clusam pro illo molendino usque ad ripam de campis. Hoc ideo factum est quia cum dominus Enricus esset in placito ante consules cum nuntiis domini Archiepiscopi satis disceptatum fuit placitum ambarum partium. ad ultimum uero dominum Archiepiscopum pro possessore habuerunt. laudantes quod dominus Enricus restituat id quod ex palada destruxit uel destruere fecit quando fuit ipse illuc cum filio Wilielmi aurie. Verumtamen cum ipse Enricus inficiaretur dominum Archiepiscopum possidere. Dominus Archiepiscopus sufficienter probauit se possessorem esse. Quare ut supra laudauerunt. absoluentens dominum Enricum a

dampno domino Archiepiscopo uolente et consentiente. et condempnationem quam a domino Enrico illi peruenisset remittente. Millesimo centesimo. Octuagesimo. Indicione xii. quatuordecimo die marcii.

† In ecclesia Sancti Laurentii. Consules foritanorum. Wilielmus mallonus. et Vgo de baldicione laudauerunt quod Obertus de poma soluere teneatur et soluat Domno Vgoni Archiepiscopo quartinos septem frumenti. Quod ideo factum est quoniam per procuratores suos Dominus Archiepiscopus conuenit predictum Obertum ante iamdictos Consules petens ab eo quartinos septem frumenti pro se et sociis pro quibus se obligauerat nitens ratione laudis sue qua unusquisque Januensis et de districtu Janue qui ultra portum pisanum. aut ultra monacum uadit pro blaua et reddit cum maiori parte honeris frumenti uel alterius blaue ei soluere tenetur per quamquam personam quartinum unum illius blaue quam detulerit. Ipso itaque Oberto cum sapientibus suis contradicente. tandem uisis utriusque partis rationibus. cum de causa sufficienter esset actitatum. et oculata fide laudem quam inde dominus Archiepiscopus habebat plenius intuentes. laudauerunt ut supra. contumatia Oberti habita pro presentia. qui sepe citatus tempore sententie ferende sui copiam facere contempsit. Millesimo. centesimo. Septuagesimo. Septimo. Indicione nona. Vltimo die Augusti.

DE MUTATIONE MOLENDINORUM CUM SANCTO STEPHANO.

Concordia est Inter Dominum Vgonem Januensem Archiepiscopum. Et maistrum Anselmum pro curia qui curator est curie Archiepiscopi et consortes eiusdem Archiepiscopi. Videlicet lambertus porcus et Oglerius porcus per se et per fratrem eius Rubaldum. Atque druda de merlone guaraco pro filia sua berta. Et Ingo de flessa. Nec non et inter dominum Arnaldum Abbatem monasterii

sancti stephani et conuentum monasterii sancti stephani. et Amelium filium quondam Aluernacii et matrem eius altadonnam tutricem ipsius amelii filii sui et que se obligauit pro eodem filio. Conscilio Anselmi de cafara. et Ingonis de uolta. et Ingonis noxencii. Atque filipum de fredolando. et siluestrum de isa. Dominus quidem Archiepiscopus et Maister Anselmus pro curia una cum prenominatis suis consortibus. Ad inuicem conuenerunt cum eodem Arnaldo abbate et conuentu monasterii sancti stephani. et cum supradictis suis consortibus de molendino construendo ex nouo quod uocatur molendinum Archiepiscopi. Et similiter ex molendino construendo ex nouo quod dicitur molendinum sancti stephani et consortum. que molendina sunt in besanio. Dominus uero Archiepiscopus et Maister Anselmus pro curia sine dispendio curie Archiepiscopi. Cum porcellis. scilicet lambertus porcus et Oglerius per se et per fratrem eius rubaldum. et Ingo de flessa filius ingonis de uolta. et druda merlonis guarachi pro eius filia berta mutant hoc molendinum illorum et eorum consortum. et faciunt illud ex nouo et construunt super terram. lamberti porci cum eorum expensis sine expensis curie Archiepiscopi. Ita quod a medietate strate in super prefati consortes istius molendini. faciunt et Amodo facere debent sine dispendio curie Archiepiscopi omnes expensas in facienda clusa istius molendini et ea emundanda usque ad caput supernum terre Ingonis de uolta. et filie merlonis guarachi. In super et a terra ingonis de uolta et filie merlonis guarachi in super amodo omni tempore debent facere et dare duas partes in omnibus expensis que facte erunt in clusa et parata et in capienda aqua. et in omnibus aliis expensis necessariis que exinde debeant fieri. et Abbas et monachi sancti stephani una cum suis consortibus molendini sui terciam partem. Si uero abas et monachi sancti stephani et sui consortes sui molendini suptam su (*sic*) noluerint facere expensas istius tercie partis pro eorum molendino. quod porcelli et consortes eorum eas expensas faciant ita quod si infra octo dies

Abbas et monachi et consortes illorum illas expensas eis non red diderint. quod per duplum ipsis inde teneantur. Et pontem quem fecerint super stratam. super totum de comunibus eorum expensis ipsum facere debent et reficere et emendare quandocumque opus fuerit. ita quod porcelli cum consortibus suis preter curiam archiepiscopi faciant unam medietatem. Et Abas et monachi cum consortibus suis aliam medietatem. Similiter Abas et monachi sancti stephani et illorum consortes suorum molendinorum inferiorum debent habere clusam et eam clusam facere super terram sancti stephani. amodo et consortum illorum. et eam clusam ex inde debent emundare et perpetuo reficere ita quod prenominata molendina superiora Archiepiscopi et porcellorum non impediantur neque rebochentur. secundum illam mensuram quam maistri ordinauerunt et statuerunt in istis molendinis tam superioribus quam in inferioribus inter Abatem et monachos et suos consortes. et porcellos et consortes suos similiter. Si uero aliquid euenerit quod ista superiora molendina porcellorum et consortum erunt inpedita et rebocata. et Abas sancti stephani et monachi et eorum consortes prenominati sui molendini noluerint facere expensas que superius determinate sunt quod porcelli et sui consortes si uelint has expensas faciant. Et si Abas et monachi sancti stephani et sui consortes suorum molendinorum Inferiorum Infra octo dies noluerint has expensas illis reddere. quod porcelli et sui consortes illas expensas habeant per duplum in molendinis prenominatis Abatis et consortum ad proprium. Similiter si porcelli et consortes suorum molendinorum noluerint reficere clusas suorum molendinorum et eas emundare. et noluerint expensas prenominatas facere quas ipsi debent facere et statuerunt ut supra dictum est in reficiendo clusas et emundandas et in faciendo paratas et in capiendo aquas et in aliis expensis quas ipsi debent facere. quod abas et monachi sancti stephani et sui consortes possint illas expensas facere. ita quod infra octo dies si porcelli et sui consortes noluerint has expensas reddere quod abas

et monachi sancti stephani et consortes sui habeant illas expensas per duplum in molendinis istorum porcellorum et consortum a medietate strate in super ad proprium. Et illas caduitas quas hodie habent ista molendina uetera sancti stephani et porcellorum. simili modo et in eadem mensura debent habere molendina noua illorum que ipse Abas cum consortibus et Porcelli cum consortibus modo construunt et faciunt. et sine reboco. Ita quod si ipsi poterint adcrescere caduitas molendinorum quod eas adcrescant comuniter et equaliter in istis molendinis. Si uero caduite decrescerint. quod comuniter minuantur et equaliter decrescant. et hoc perpetuo fiat. Et ita ut superius relegitur omnia ad inuicem inter se obseruare et firmum tenere exinde conuenerunt et promiserunt sub pena librarum quinquaginta quam uicissim inter se stipulati fuerunt. ut si iste partes et consortes inter se omnia ut superius relegitur et determinatum est adimpleuerint. quod pena solidorum mille alteri parti prestet quam habeat altera pars in bonis suis supra nominatarum parcium. et consortum. pro qua pena eorum ad inuicem inter se pignori obligauerunt supradicte partes et consortes abatis et porcellorum omnium. Ego que supra Altadonna tutrix Amelii filii mei pro filio meo hoc facio Conscilio et auctoritate Ingonis de uolta et Anselmi de caphara et Ingonis noxencii. et Obligo me pro filio meo quod ipse hanc conuencionem firmam tenebit ut supra relegitur perpetuo. Et Renuncio senatus consulto uelleiano. et Juri hypothece et legi iulie. et Ego druda merlonis guarachi. hoc facio pro filia mea berta. pro qua ego me obligo quod ipsa firmum habebit ut supra conuentum est. et Renuncio senatus consulto uelleiano et legi iulie de prediis et iuri hypothece. Sub porticu Ingonis de uolta feliciter. Millesimo. Centesimo. Septuageximo. Intrante mense Julii. Indicione II.

Signa manuum. Domini Vgonis Archiepiscopi. et Maistri Anselmi pro eius curia procuratoris. et Ingonis de flessa. et Lamberti porci. et Oglerii porci per se et per fratrem eius Rubaldum. Et drude

merlonis guarachi pro filia eius berta. Nec non et Abatis Arnaldi sancti stephani pro conuentu monasterii. et Altedonne pro filio Amelio. et filipi de fredolando et siluestri de isa hanc cartulam conuencionis fieri ut supra relegitur. Testes Anselmus de caphara. Angelotus frater eius. Ingo noxencius. Arnaldus de mortedo. Oliuerius de maraxi. Arnaldus de caliniano. Guibertus de besanio. Bonandus de besagno.

DE DECIMA DE SIGESTRI.

† In Palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Ido gontardus. Obertus cancellarius. laudauerunt quod Donnus Syrus Januensis Archiepiscopus deinde habeat et possideat sine contradicione omnium filiorum cone de uezano et omnium personarum per eos. Nominatiue totas decimas. quas ipsi aut aliquis per eos tenent in plebegio segestri. et castalionis. et munegie. aut Vaire. quod neque ab eis uel aliquo pro eis ulterius conueniatur. Hoc ideo fecerunt. quia Donnus Archiepiscopus lamentatus fuit ex his decimis quas iniuste illos profitebatur tenere. et contra sanctos canones. et contra apostolicam sentenciam. qui coram ipsis uenientes in iure stare renuerunt. precise romanam curiam appellando. Quod donnus Archiepiscopus audiens annuit. Suadendo quatinus se prepararent cum suis aduocatoribus sub apostolicali iudicio ex hac lite sententiam precepturos. Quod cognita Domini Archiepiscopi professione iudicium dimiserunt ad domos eorum regredientes. Tandem consules de obseruandis iusticiis domini Archiepiscopi coacti sacramento illos sepe per eorum executorem citauerunt. immo per semetipsos ad iudicium uenire commonuerunt. specialiter significando quod si non uenirent et raciones Archiepiscopi uiderent. et tanquam presentes iudicarentur. Quorum igitur perspecta contumacia. quia sanctorum canonum promulgacione instituitur rectores ecclesiarum decimas sui episcopatus debere habere. et pro eorum disposicione in restauracione ecclesiarum captiuorumque redemptione seu in alimentis ca-

nonicorum largiri. Propterea plurimorum sapientum conscilio freti. uisisque super hoc plurimis racionibus laudauerunt ut prediffinitur. Millesimo. centesimo. quinquagesimo tercio. undecima die intrante iulio indicione xv.

Istud est exemplar sumptum a quadam laude breui cartula scripta. set uerendo ne eius amissione et iura perderentur et scripta. hoc registro significari iusserunt Consules. Oto iudex. Fredentio gontardus. Jonathas crispinus. laudantes hoc illam uim et auctoritatem obtinere quam obtinebat exemplum ad quod scriptum fuit. Millesimo CLV mense Jenuarii indicione II.

DE FIDELITATE PORCELLORUM.

Nos Lambertus porcus. et Ansaldus germani pro rebus libellario nomine nobis nostrisque filiis et filiabus nostrisque heredibus aut cui dederimus. a uobis domino Syro Januensi Archiepiscopo locatis. fidelitatem per nos nostrosque heredes uobis uestrisque successoribus conuenimus facere. et curie uestre tanquam uasalli fideles esse. quam fidelitatem hoc presenti tempore facimus. ac cunctos res nobis ut prediffinitum est libellario nomine locate obtinentes eandem debere facere promittimus. Testes enim sunt. Donusdei quondam iterii filius. Baldoinus de castro. Merlo grassus. Lambertus eius filius. Data in capella sancti gregorii. Anno Millesimo CXLIII. mense augusti indicione quinta.

WILIELMO ARNALDO.

In palatio Domini Syri Januensis Archiepiscopi. Dominus Syrus Archiepiscopus coram uasallis curie aliisque hominibus nomina quorum inferius leguntur. Inuestiuit Wilielmum Arnaldum de medietate omnium illarum terrarum quas Gandulfus dotor tenebat in Valebona et in monte tazoli et de medietate de pastenis

tazoli et similiter de omnibus illis terris quas serui ipsius Wilielmi tenebantur ultra aquam et citra aquam lauanie. excepta medietate de pastenis quam Dominus Archiepiscopus tenet de uillanis. quas ipse Wilielmus exinde habeat iure feodi ipse et sui descendentes teneat. sicut ordo et consuetudo feodi uult. preter de ista medietate de pastenis quam Dominus Archiepiscopus in se retinuit. Millesimo centesimo. quadragesimo Octauo. intrante mense februarii die purificationis sancte marie indicione x. Et suprascriptus Wilielmus Arnaldus fecit fidelitatem Archiepiscopo sicut uasallus facit domino. Testes Wilielmus niger. Marinus de porta. Capharus de caschifelon. Oto iudex. Marchio iudex. Ingo de uolta. Obertus cancellarius. Fulco strictus. Vgo iudex. Bonussenior mallonus. Marinus de castro. Petrus iudex.

DE CONTROUERSIA QUE FUIT INTER ARCHIEPISCOPUM ET PORCELLOS DE QUADAM PARTE ILLIUS LIBELLARIE QUE FUIT DE ADOLO.

In ecclesia sancti gregorii presentibus testibus Maraboto Jordane. Alberto uicecomite. Guilielmo nepote suo. Oglerio danese. Guilielmo et Petro custodibus. Alexandro hyconomo. Arbitrantes Boiamonte de odone. Guilielmus niger. Merlo de castro laudauerunt ecclesiam sancti syri ubi preest Dompnus Syrus dei nutu Januensis Archiepiscopus deinde habere et possidere sine contradicione Ansaldi porci et Lamberti germanorum. heredumque eorum. Nominatiue terram illam que fuit patrui eorum adoli que est in bisannim. Cui coheret Ab una parte uia. Ab duabus partibus terra quam tenent per ecclesiam nomine libellario. A quarta parte eluuia cum molendinis. Infra istas coherentias laudauerunt ei In Integrum. quod neque ab eis neque ab aliquo pro eis ullo modo possit conueniri. Hoc ideo fecerunt. quoniam controuersia fuit inter curiam et hos de hac terra. que laude curie in iudicio uasallorum curie decerni debere per uasallos fuit iudicata. Idcirco hoc edicto. com-

muni consensu prefatos arbitros eligere. qui et litem audirent. et utriusque partibus auditis racionibus quod equum ipsis uideretur decernerent. Quo sapienter prudentium uirorum patrocinio plurimum uentilato. cognouerunt terram illam libellariam fuisse. et condiciones quibus prestita fuerat minime obseruatas. Nam per proprietatem alienatam fuisse preceperunt. Justissimum igitur fuit. ut si qua res libellaria per proprietatem traditur. ecclesie qua atribuitur reuerti. et qui taliter acquisierit. uel scienter uendiderit ab eadem terra priuari.

Millesimo. centesimo. XLIIII mense septembris indicione septima.

DE FORITANIS HOMINIBUS QUI DECIMAM DEBENT PERSOLUERE DOMINO ARCHIEPISCOPO.

In capitulo sancti laurentii. In presentia consulum de comuni. Videlicet Idonis gontardi. et Oglerii de guidone. et Guiscardi. querimoniam fecit Alexander hyconomus domini Syri Archiepiscopi de foritanis hominibus qui nauigabant cum hominibus nostre ciuitatis. et nolebant decimam reddere curie. Vnde consules predicti quesierunt si posset probare per testes quod Archiepiscopus unquam eam habuisset. Ipse autem alexander respondit se sufficienter posse. Fecit autem uenire gastaldiones. uidelicet rusticum garilium et oglerium danisium. et iurauerunt ante consules. Consules uero uisis his testibus preceperunt ut Archiepiscopus decimam unde querimoniam erat haberet. Et preceperunt centrego ut iret et faceret eam persoluere ministris Archiepiscopi. et ita factum fuit. Testes de hoc. cancellarius predictorum consulum uidelicet Obertus nasellus. Guilielmus scriba eorum. et Oglerius de ripa. et Oglerius danisius. et Rusticus garilio (*).

(*) V. Cuneo, op. cit. pag. 256. Questo lodo, abbenchè privo di data, si riconosce appartenere al 1145, perchè di tale anno sono i consoli che lo pronunciarono.

DE DECIMA GALEARUM QUE UENIUNT DE CURSU.

In palacio nouo Archiepiscopi. In presentia consulum. Ottonis guercii. et Rodoani. et Guilielmi bufferii. Conquestus est Alexander aduocatus de bonifacio de ranfredo. de decima galee sue quam debebat curie Archiepiscopi. que uenerat honerata de sicilia. Set ipse dicebat. quia iuerat in romaniam in cursu. idcirco non debebat dare decimam. Facto itaque iuramento de calumpnia ex utraque parte. ipse bonifacius statim confessus est se debere persoluere. Testes. Oglerius danisius. Guilielmus de bono fancello. Obertus sulphur (*).

LAUS ARBITRUM DE LOCO DE CASTELLO QUEM TENEBAT ARCHIPRESBITER DE SANCTO CYPRIANO.

In domo Wilielmi pezolli. Arbitri duo uidelicet Phylipus de Lamberto. Guilielmus pezollus. De controuersia que fuit inter Dompnum Syrum Januensem Archiepiscopum. Alexandro eiusdem hyconomo in causam astante. et Archipresbiterum sancti cypriani. Rainaldum nomine. De quadam terra que est in ualle porcifera loco ubi dicitur Medolicus. et uocatur castellum situm iusta mansum de porcili. tam inuasionis. quam possessionis equanimiter. Dompnum Archiepiscopum absoluerunt. quod neque a presbitero Rainaldo uel ab aliquo pro eo pro inuasione uel possessione conueniri possit. Hanc enim prefati arbitri ideo decreuerunt. quia terram illam libellariam fuisse. et conuentione libelli in eam sua auctoritate introire posse certis racionibus preceperunt. Nemo igitur inuasionem comittere cer-

(*) Allo stesso anno 1145, deve, per la ragione di cui nella nota precedente, riferirsi questo atto. Il console Ottone, che qui è detto *Guercio,* viene in altri documenti appellato col titolo di *Giudice.*

nitur quia conuentione pactis legaliter possessionem nascitur. Testes Baldoinus de ingelfredo. Oglerius danesius. Capharus. Bonus uasallus manducans salsam. Millesimo CXLV mense nouembris indicione VIII.

FILII UGONIS DE BOLGARO.

Ego Syrus Januensis ecclesie Archiepiscopus. presente Alexandro hyconomo et uolente. loco et habere concedo uobis Nichole. Gandulfo et pro uobis uestrisque fratribus filiis quondam Vgonis de bulgaro illud beneficium decime que curie nostre obuenit. ex parte. . . . . (*lacuna*) filii quondam Ansaldi de folcoinis propinquiore (*sic*) decimam illam curie nostre restitui disposuit. ea racione ut dum uixero quicquid introitus pro hac decima affuerit uestre utilitati suscipiatis. mea licentia et auctoritate. Testes Oglerius danisius. Obertus sulpharus. Baldo cauponarius. Arnuisius dompni Archiepiscopi camerarius. Michael subdiaconus. Actum in castro ciuitatis in palacio feliciter. Millesimo CXLVIII. mense Julii indicione XI.

DE IURAMENTO CONSULATUS CELIANE. APUD SANCTUM ROMULUM IN PRESENTIA DOMINI ARCHIEPISCOPI ET CURIE SUE FACTO.

† Ego electus consul ab hac die in antea usque ad festiuitatem sancti Andree bona fide et sine fraude iudicabo placita inter homines celiane que ante me facta fuerint. Et non dimittam pro hodio neque pro amore. neque pro parentela. neque pro precio. quin inde quam cicius potero iusticiam faciam secundum meum sensum. Et si ille contra quem sententia data fuerit. ad curiam domini Archiepiscopi apellauerit. in placito quod sit. XL. solidorum uel amplius infra. X. dies post datam sententiam rationes omnes lamentationis et defensoris scriptas domino Archiepiscopo mandabo. Et si ille qui appellauerit infra. XXX. dies ad Curiam non iuerit. nisi iusto impe-

dimento remanserit. ego sententiam firmam habebo. Atque sententias quas curia dedit. uel per totum meum consulatum dederit firmas habebo. et ad finem pro ut potero bona fide perducam.

Hec omnia bona fide sine fraude et malo ingenio obseruabo nisi quantum remanserit iusto impedimento uel obliuione. aut licentia domini Archiepiscopi.

In presentia domini Syri Archiepiscopi et curie sue. Videlicet Caphari. Rodoani. Vgonis de bulgaro. et Fulconis stricti. et Alexandri. fuerunt ordinati Consules in sancto Romulo. per preceptum et uoluntatem predicti domini Archiepiscopi. et hoc est sacramentum quod fecerunt consules qui primo fuerunt electi in predicto consulatu. et omnes alii qui fuerint post eos sic debent iurare. Priores consules fuerunt. Trencherius. et Fulco ioffredus. et Rusticus archidiaconus. et Obertus notarius. quos curia elegit.

Ab hac die in antea usque ad proximam assumptionem sancte Marie. et a sancta maria usque ad annum unum. ad honorem dei et domini Syri archiepiscopi. et loci sancti Romuli. Nos electi consules sancti Romuli operabimus. et in antea prohibimus bona fide et sine fraude et malo ingenio. ad defendendum et ad saluandum honorem domini nostri Archiepiscopi. et districti sancti Romuli. et de omnibus comunibus rebus nostri loci. ad honorem dei et domini Syri Januensis Archiepiscopi. Atque canonice sancti laurentii Januensis. Et si aliquis habitator nostri loci non obedierit preceptis nostris. uidelicet domini Archiepiscopi de comunibus rebus nostri loci. et de placitis. et de introire in compagna. si uocatus fuerit. et infra quindecim dies introire noluerit. faciemus inde uindictam in nostro arbitrio. De lamentationibus uero que uenerint ante nos de hominibus nostri loci. et de ecclesiis Januensibus. et de Januensibus hominibus et de illis hominibus de quibus dominus noster Archiepiscopus nobis preceperit per se aut per suum nuncium aut per suas litteras. iusticiam secundum nostrum sensum bona fide infra.

xx. dies adimplebimus postquam reclamatio facta fuerit. quanto non remanserit iusto dei impedimento. aut per parabolam reclamatoris. et si fecerimus collectam aut dispendium pro comuni utilitate nostri loci. coequabimus in homines secundum quod melius cognouerimus sine fraude. de bandis uero de siluis et de pascuis. et de uineis. dabimus quartam partem misso Archiepiscopi. de reliquis uero bandis placitorum. et de placitis. de assaltis. de furtis. de rapinis. de homicidiis. de periuriis. et de aliis offensis. et de ripatico. et de lumbis. et de anchis. et de foderis. et de aliis rebus que pertinent domino Archiepiscopo. non nos intromittemus. nisi per licentiam domini Archiepiscopi. et si archiepiscopus concesserit nobis aliquam partem. illam quam sibi retinuerit bona fide sibi uel suo misso tribuemus. Et si missus Archiepiscopi aut canonicorum missus nobis conquestus fuerit adiuuabimus eum ad recuperandam iusticiam domini archiepiscopi et canonice nisi per licentiam eorum remanserit. Et quicquid dominus Archiepiscopus de comunibus negociis Januensium nobis preceperit. per se aut per suum nuncium. aut per suas litteras. bona fide sine fraude adimplebimus. et predictum sacramentum consulatus ad uenturos consules faciemus iurare. et non capiemus seruitium ultra denarios. xii. de placito quod debeamus iudicare. preter quod superius nobis concessum est. Hec omnia obseruabimus bona fide sine fraude et malo ingenio. nisi remanserit per parabolam domini nostri Archiepiscopi. Anno dominice incarnacionis Millesimo centesimo. xl. iii. in die dominico quinto Kalendas iulii (*).

(*) Nel *Libro dei Giuri* può leggersi il tenore di altri consimili atti di giuramento prestato dai consoli e dagli ufficiali di San Remo all'arcivescovo Ottone il 6 maggio 1225 (vol. I. col. 755), ed il 24 febbraio 1230 (ibid. 878); dai rettori e dal visconte del paese medesimo all'arcivescovo Giovanni il 29 luglio 1240 (ibid. 988), ed il 24 febbraio 1241 (ibid. 993).

UNDE SUPRA.

Nos populus sancti Romuli. iuramus ab hac die usque ad proximam assumptionem Sancte Marie. et a sancta maria usque ad annos quatuor. quicquid nobis preceperint sub debito sacramenti. de honore domini nostri Syri Januensis Archiepiscopi. et ecclesie maioris sancti laurentii et nostri loci. et de comunibus rebus populi sancti Romuli. et de uindictis faciendis. et de placitis. et sententiis adimplendis. nostris electi consules qui in unoquoque anno electi fuerint et iurauerint. sicut inquam nobis preceperint. ut supra dictum est bona fide obseruabimus. furtum ultra denarios. VI. Januensis monete. aut incendium aut guastum non faciemus nisi per parabolam domini nostri Archiepiscopi. aut nostrorum consulum in districtu sancti Romuli. Rassam uero aut conspirationem aut aliam compagniam faciemus nisi licentia Januensis Archiepiscopi. Hec omnia obseruabimus. Et si audierimus centragum clamantem ad parlamentum ibimus ad illud parlamentum. et non recedemus a parlamento nisi licentia unius consulis. Et de discordiis quas habemus cum hominibus celiane de monte de ualli. quicquid dominus noster Archiepiscopus nobis preceperit per se uel per suas litteras uel per suum certum nuncium. totum bona fide adimplebimus. Hec omnia obseruabimus bona fide. sine fraude et malo ingenio. nisi quantum remanserit iusto dei impedimento. aut per parabolam domini nostri Januensis Archiepiscopi.

Millesimo. centesimo. XL. III. die dominico quinto Kalendas iulii (*).

Propter predictum consulatum ut dominus Archiepiscopus eis concederet et preberet assensum. dederunt ei omnes de comuni libras sex.

(*) Un' altra formola di giuramento, mercè cui il popolo di San Remo si obbligò verso il predetto arcivescovo Ottone, si trova nel citato *Libro dei Giuri*, sotto la data del 14 febbraio 1217 (vol. I. col. 587).

UNDE SUPRA.

Quando dominus Archiepiscopus Sanctum Romulum adit. prima uice totus populus Sancti Romuli facit ei fidelitatem. et in aliis temporibus. sicut eis iubet. et sicut ipse uult. Et distringit eos ac placitat et accipit bandum de eorum offensis sicut ei placet. tam in criminalibus offensis. quam et in aliis placitis. et in omnibus modis. Et ordinat in predicto loco Vicecomites. et Castaldiones. et consulatus sicut ei placet. et notarios. atque alios ordines. sicut dominus et comes et sicut ei placet. Quandocumque uero uadit ad sanctum Romulum bis in anno uel ter aut amplius sicut debet recipi a suis hominibus. Primo die recipitur a castaldionibus mane et sero. et dant ei secundum quod dies ille exigit. et secundum quod uoluntas eius est omnes expensas cibariorum. et hominibus et equitaturis. Secundo die recipi debet a premartinis ea uero consuetudine similiter. Tercia uero die recipitur a polengis similiter. Quarta autem die recipitur a riculfengis similiter. Totus uero populus sancti Romuli tres dies continuos recipit eum similiter. Ab hinc in antea quisque seruit ei pro amore sicut cuique placet.

Canonici uero ecclesie Sancti Syri recipiunt eum cum processione. quandocumque ibi uadit. et quando ei placet recipiunt eum. et per totum diem cum tota curia sua uictualia sibi ministrant (*).

DE BRAIDA SANCTI ROMULI.

† Placuit domino Syro Januensi archiepiscopo titulo condicionis locare Vgoni betegole. et Joceramo molinario atque illorum per-

(*) I diritti dell'Arcivescovo ricordati nel presente atto, si vedono presso che tutti menzionati nell'instrumento della vendita di San Remo e Ceriana fatta dall'arcivescovo Giacomo da Varazze il giorno 8 gennaio dell'anno 1297 (V. *Jurium*, II 231).

petuo heredibus. ut faciant molendinum unum in insula bona ad sanctum Romulum. Et ubicumque in ea insula uoluerint preter in orto facient domum molendini. et debet esse factum usque ad proximum natale domini. Ipsumque debent habere et tenere perpetuo cum suis heredibus iure locacionis et libellarii. Et poterunt hoc ius locationis curie uendere si tale pretium ab ea quale ab alio rationabiliter poterint habere. Quod si curia id noluerit comperare. tunc eis liceat cui uoluerint uendere dummodo infrascriptum redditum curie annuatim reddant. Promittit eis domnus Archiepiscopus nullatenus supradictum molendinum eis uel suis heredibus auferre. aut redditui infrascripto addere. impeditum defendere ab omni homine. Quibus si contrafecerit promittit eis penam librarum quinque denariorum Janue et stare pacto huius libelli. Pro his quidem omnibus promittunt memorati locatores (*locatarii*) dare omni anno et consignare curie archiepiscopi in loco sancti Romuli terciam partem totius molture que de eo exierit. preter circinum. Cuius tercie medietatem dabunt omni anno. ad natale domini. alteram medietatem dabunt ad pascha. Promittunt nullam fraudem in hac locacione aut in fictu adhibere. et corporaliter iurant ista omnia adimplere. neque de ficto minuere ultra solidos duos neque hos scienter. Quibus si contrafecerint penam librarum quinque Archiepiscopo stipulanti promittunt. et a libello cadere. Actum in camera Archiepiscopi. Testes Obertus sulferus. Ogerius danisius. Michael diaconus. Rainaldus bucafura. Petrus Rolandi. Gandulfus falexan. Wilielmus aristoi. In quorum presentia inuestiuit eos domnus Archiepiscopus ex predicta locacione. Millesimo. centesimo. quinquagesimo quinto. secundo die intrantis iunii. Indicione Secunda.

ISTI SUNT QUI DEDERUNT LIBELLARIAS ARCHIEPISCOPI SANCTO STEPHANO.
ET NON REDDUNT REDDITUS QUOD DEBENT REDDERE CURIE ARCHIEPISCOPI.

Carus guercius cum parentibus suis. Anselmus filius Rainaldi de liprando. et Rubaldus de ualaura cum cognato suo.

Isti dant pensionem.

ISTI SUNT QUI DEBENT PENSIONEM REDDERE DOMINO ARCHIEPISCOPO
IN CURIA SANCTI ROMULI.

Heredes presbiteri martini. de monte de uilla. denarios de papia antiquos. II.

Riculfus cum suis parentibus denarios. II. antiquos.

Paganus de columba. denarios. II. similiter.

Obertus notarius cum suis parentibus denarium. I. similiter.

Petrus rubaldus cum suis parentibus denarium. I. papiensem.

Obertus caluus cum suis parentibus denarium. I. papiensem.

Carlocionus cum suis parentibus denarium. I. papiensem.

Carbonus almeradus cum suis parentibus denarium. I. similiter.

Romaldus cum suis parentibus denarium. I. similiter.

Petrus falesianus cum suis parentibus denarium. I. similiter.

Carentius de plano cum suis parentibus denarium. I.

Niger beuinus cum suis parentibus denarium. I.

Petrus rufus cum suis parentibus denarium. I.

Guilielmus de giso cum suis parentibus denarium. I.

Storelle. denarium. I.

Sigeprandus. denarium. I.

Carus guercius pro uxore sua denarium. I.

Canonici Sancti Laurentii pro terra iudicensi. denarium. I.

Iterum heredes presbiteri martini pro possessione quam adquisierunt ab hominibus de serrino. denarium. I.

ALIO MODO COMPUTANTUR HIC.

Riculfus denarios. VI.

Palengi denarios. VI.

Rainaldus et marinus denarios. VI.

Falexanus quartinos grani. III. et denarios. III.

Grillomus denarios. III.

Martinus teuci denarios. III.

Heredes presbiteri martini de monte de uilla denarios. VI.

Storellus denarios. III.

Natalones denarios. III.

Jublam denarios. III.

Gualmanus denarios. III.

Sigeprandus denarios. III.

Frascarolus denarios. III.

Caluomus denarios. III.

Canonici sancti laurentii de terra iudicensi denarios. III.

Rainaldus scar cum rolando denarios. III.

Item heredes presbiteri martini de possessione quam acquisierunt ab hominibus de serrino denarios. III.

Nauterius qui stat a uinctimilium denarios. III.

Obertus notarius cum parentibus suis denarios. III.

Niger beuim denarios. III.

Petrus ruffus denarios. III.

Wilielmus de giso denarios. III.

Carus guercius pro uxore denarios. III.

Monachi sancti stephani denarios. III.

DE DECIMA DE MARI.

✝ In palacio Archiepiscopi Januensis. Consules. Opizo sardena. Wilielmus marini. Boamuns odonis. Corsus sismundi. laudauerunt quod domnus Archiepiscopus Syrus habeat in bonis primi de camugi. quibuscumque uoluerit tantum quod ualeat tres minas grani uenientis de Sicilia sine contradicione illius. atque omnium per eum. Quod uero ideo factum est. quoniam cum redisset de Sicilia. nauclerus unius nauis. quesiuit ab eo decimam grani quo nauis cuius fuerat nauclerius uenerat honerata pro maiore parte uelut fuerat ex antiqua constitutione consulatuum et ciuium. ut quecumque nauis ueniens de sicilia pro maiore parte grano honerata. soluat curie sue minam unam grani relati. per unumquemque hominem in ea uenientem. exceptis naucleriis. Quam consuetudinem seu constitutionem predictus primus negauit. Ideoque datis pluribus idoneis et sufficientibus testibus. legittime probauit domnus archiepiscopus. huiusmodi consuetudiem esse antiquitus de nauibus ex Sicilia uenientibus. Quia igitur nauclerus fuerat et uti prelegitur probatum fuit. uti prelegitur. laudauerunt. Millesimo. centesimo. quinquagesimo nono. Duodecimo die nouembris. Indicionis septime.

DE DECIMA DE MARI.

In palacio Archiepiscopi Januensis. Consules Wilielmus marini. Boamuns odonis. Corsus sismundi. Laudauerunt quod domnus Syrus Januensis Archiepiscopus habeat tantum in bonis Wilielmi conte quibuscumque uoluerit quod bene sit ualens duodecim minas salis uenientis de Sardinia. Quod uero ideo factum est. quoniam cum redisset de Sardinia nauclerus unius nauis sale onerate. conuenit illum querens minas tressalis per unumquemque hominem quem in ea uenerat. . . . (*lacuna*) est antiquitus constitutum de nauibus re-

deuntibus de Sardinia. sale oneratis que soluunt curie sue tres minas salis et consignant. exceptis duobus naucleriis. quibus est impositum pignora ab suis nauicularíis accipere et curie decimam supradictam soluere et ibidem consignare aportatam. Quare illum uocantes hanc consuetudinem esse de his fuit confessus. et insuper quod pignora ab nauiculariis ceperat. et decima non soluta cum sciret. reddiderat. Quare illum ex sua confessione et quia huiusmodi extat consuetudo condempnantes. et quia soluere differebat uti prelegitur laudauerunt. Millesimo. centesimo. quinquagesimo nono. Duodecimo die nouembris. Indicionis septime.

LAUS DE CAMBIO FACTO IN CORSICAM.

✝ In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules. Bonus uasallus de castello. Cabdorgogius. Boamuns odonis. laudauerunt quod unusquisque homo uadens de Janua in corsicam ob cambium. det curie domni Archiepiscopi in reditu minam unam illius blaue quam adduxerit pro decima consueta. Quod uero ideo factum est. quoniam cum esset ante illos questio de hac decima. et quereret eam domnus Archiepiscopus ab Wilielmo muxo qui de corsica uenerat in cambium. negauit sic consuetum esse. neque soluere uoluit. Ideoque datis plurimis et idoneis testibus sufficienter probauit domnus Archiepiscopus antiquitus consuetum esse. quod euntes in cambium de Janua in corsicam. solito dant curie sue minam unam grani aut illius blaue quam adduxerint. ei insuper sepius iudicatum. inter redeuntes illinc et missos suos quod sic hanc decimam darent. Supra quibus cum diutius litigatum esset. et consules tenerentur speciali iuramento soluere facere decimam de mari sicut suus usus est domno Archiepiscopo. cognoscentes sic esse consuetum. supra memoratum Wilielmum muxum eidem condempnantes. laudauerunt ut daret curie domini Archiepiscopi minam unam grani quod adduxerat de corsica per singulos homines qui in partem uenerunt

in illo ligno in quo fuit nauclerus. latamque sententiam mandantes effectui. sic suis missis soluere fecerunt. Et quia ex his sepius questio et dubitatio ante Consules emergebat. et inter ciues. ex suo offitio huic rei suam auctoritatem interposuerunt. quam prestare ciuium negociis iuramento speciali tenebantur. cognoscentes supra hoc negocio et ex hac decima consuetudinem longeuam. cuius non leuis auctoritas est. cum et tractum longi temporis et ciuium lege sit approbata. et in mores iam conuersa. uti prelegitur laudauerunt. Millesimo. centesimo. sexagesimo. tercio. quinto die Januarii. Indicionis decime.

LAUS DE SALE ADDUCTO DE EUENZA.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules. Obertus malocellus. Henricus iudex. Paganus de uolta. Henricus mallonus. laudauerunt quod Lambertus porcus. et Guilienzonus de gotizo teneantur soluere domno Hugoni Archiepiscopo et curie sue. quadraginta minas salis quem reduxerunt de euenza. Et hoc pro decima consueta de nauibus salem adducentibus pro maiore parte honeris. Quod uero ideo factum est. quoniam cum de euenza uenissent in naui honerata salis. conuenit illos ex laude consulatuum et consuetudine curie sue querens has quadraginta minas salis quem reduxerant. ueluti laudatum erat et consuetum de nauibus salem reducentibus. Quibus coram uocatis. audita consuetudine antiqua de his. et laudibus consulatuum. de his sunt eidem in iure confessi. Ideoque illos ex sua confessione et ratione curie condempnantes. ueluti prelegitur. laudauerunt. Millesimo. centesimo. Sexagesimo. Sexto. Sextodecimo die Januarii. Indicione XIII.

DE REFUTACIONE TERRE DE CORSI. FACTA CURIE AB WILIELMO SACCO.

Cartula finis et transactionis atque refutacionis. quam facio ego Wilielmus saccus filius quondam Tholomei. Curie domini Vgonis

Januensis Archiepiscopi per eundem Dominum Vgonem Januensem Archiepiscopum. Qui nomine eiusdem sue Curie hanc Cartulam transaccionis et finis et refutacionis recepit. Nominatiue de pecia una terre uacue que est in uilla corsi. Coheret isti pecie terre de corsi. A duabus partibus uidelicet desuper. et de suptus est uia. et est iusta terram ecclesie Sancti martini de corsi. et si ibi sunt coherentie plus. Ego Wilielmus sacus istam peciam terre uacue Curie Domini Januensis Archiepiscopi concedo et refuto et possessionem cum dominio trado per eum Archiepiscopum omnia plenum et uacuum In Integrum. Equidem ex terra ista de corsi erat controuersia inter me Wilielmum et curiam Archiepiscopi. Vnde confictor quod pater meus tholomeus hanc peciam terre uendidit et tradidit curie Archiepiscopi. Quapropter ego Wilielmus ex hac terra transaccionem et finem et refutationem curie domini Archiepiscopi facio et amodo in perpetuum curia Archiepiscopi exinde omni tempore habere et quiete possidere confirmo. Per solidos duodecim denariorum Janue. quos solidos duodecim. ego qui supra Wilielmus saccus a curia domini Archiepiscopi. pro hac transaccione et fine me sucepisse confiteor. Et faciat exinde curia Archiepiscopi ex hac terra nomine proprietatis quicquid dominus Archiepiscopus Vgo et sui successores uoluerint ad utilitatem curie. sine mea et meorum heredum contradiccione. Quod amodo in aliquo tempore Ego qui supra Wilielmus sacus uel meus heres. Aut aliqua persona pro me aduersus curiam Archiepiscopi. neque aliquem pro curia neque contra dominum Archiepiscopum suosque successores ex terra ista quolibet modo. Agere uel causari aut requisitionem aliquam facere non possimus. Quod si hoc facere presumpserimus penam dupli. requisicionis inde facte Curie Archiepiscopi componere. per dominum Archiepiscopum stipulantem promitto pro curia sua. et inde omnia Bona mea Curie Archiepiscopi pignori obligo ego Wilielmus. Insuper lis inde facta non ualeat. Insuper iuro ego Wilielmus saccus filius quondam Tholomei. Super Sancta dei euangelia Vobis Do-

mino Vgoni Januensi Archiepiscopo. Amodo in perpetuum firmam tenere hanc finem et transaccionem et refutacionem. et contra hoc quolibet modo non uenire. uel aliquis pro me. In palacio Archiepiscopi feliciter. Millesimo. centesimo. Septuagesimo Primo. Intrante Mense Septembris die viii. Indicione iiii.

Testes Presbiter Guiscardus Archiepiscopi. Presbiter Martinus sancti Vrsicini. Enricus cigala. Bonus uasallus caluus. Bonus Johannes scribanus. Oglerius denesius.

CARTULA DE OPERIBUS SERUITIIS ET CONDICIONIBUS. QUE DEBENT FIERI CURIE A RUBALDO ROBOANO PRO TERRA QUAM HABET IN UICO MOLACIO.

Ego Rubaldus robainus de uigo molazo. Conuencionem facio uobis Domino Vgoni Januensi Archiepiscopo. Atque uobis Maistro Anselmo ministro uestre curie pro eadem curia uestra promitto. Quod amodo in aliquo tempore Ego Rubaldus robainus non mittam aliquem seruum neque ancillam in terram quam ego Rubaldus habeo in uigo molacio. neque committam Alicui seruo uel ancille. neque alicui qui habeat uxorem ancillam. Et si aliquem misero in terram istam aut alicui alio comisero uel posuero preter istas personas seruos ancillas aut qui habeat uxorem ancillam in hac terra. Ego Rubaldus promitto uobis quod ego saluabo omnes condiciones curie uestre et eas reseruabo uestre curie. Si uero alicui homini libero qui non habeat uxorem ancillam hanc terram de uigo molazo comisero. Ego hoc faciam ita quod omnes condiciones uestre curie salue sint. Et ita uobis domino Vgoni Archiepiscopo et Magistro Anselmo pro curia per omnia promitto adimplere de tota illa terra quam ego Rubaldus robainus habeo in prenominato uigo molazo. Insuper iuro uobis super Sancta dei euangelia. omnia ut supra dictum est obseruare bona fide et aliquo modo non contrafacere. et ita firmum teneam in perpetuum et obseruabo. In palacio Archiepiscopi feliciter. Millesimo. centesimo. Septuagesimo Secundo. Intrante

mense Januarii die vii. Indicione quarta. Testes Rolandus ceglo blancus. Girardus gastaldus molazane. et Rainaldus curie Archiepiscopi.

CARTULA TRANSACIONIS ET REFUTACIONIS
FACTA A FILIIS QUONDAM BEIAME DE TERRA SANCTI OLAXII.

Cartula transacionis et donaccionis et finis et refutacionis quam facimus nos Oliuerius et Rolandus fratres filii quondam Beglani de sancto olaxo Curie domini Vgonis Januensis archiepiscopi. Per eundem dominum Vgonem Archiepiscopum et uicedominum Maistrum Anselmum qui nomine curie hanc finem et transaccionem et donacionem et refutacionem receperunt. Nominatiue de omnibus illis terris quas pater noster Beganus et mater nostra uendiderunt curie domini Archiepiscopi in sancto laxo et in omnibus aliis locis et pertinentiis. et ex omnibus racionibus peticionibus requisicionibus et accionibus quas nos fratres aliquo modo habemus in istis terris sancti olaxi et omnibus aliis locis et pertinenciis et exitibus. uel nobis fratribus competit. uel pertinere potest. quas terras pater noster et mater nostra curie archiepiscopi in istis uendiderunt locis sancti olaxii et aliis locis et in exitibus et pertinenciis. Nos oliuerius et Rolandus finem et transaccionem et donacionem atque refutacionem per omnia facimus. Quod amodo in aliquo tempore nos uel nostri heredes aut aliqua persona per nos aliquo modo molestiam uel requisitionem facere non possumus. contra curiam Archiepiscopi aut aduersus Archiepiscopum neque contra suos successores ex omnibus supranominatis terris. aut contra aliquem pro curia. Quod si hoc fecerimus penam dupli requisitionis inde facte domino Vicedomino Anselmo stipulanti pro curia et eius nomine promittimus. Vnde omnia bona nostra curie Archiepiscopi pignori obligamus. Et nostro iuri. et racioni quam habemus in his terris si qua nobis competit renunciamus. et curie remittimus atque nostro dono donamus ad proprium. et Insuper lis inde facta ex his ter-

ris non ualeat. Insuper lis inde facta non ualeat (*sic*). Hoc quidem facimus nos fratres pro solidis Viginti denariorum. Janue. quos Viginti solidos nos Rolandus et Oliuerius fratres confitemur a curia domini Archiepiscopi Vgonis recepisse. et nobis uicedominus Maister Anselmus hos solidos uiginti soluit nomine curie. pro hac transaccione et fine et donacione si plus ualet mea racio. et remissione ista. In palacio Archiepiscopi feliciter. Millesimo. centesimo. Septuagesimo secundo. Exeunte mense februario. Indicione. IIII. Testes presbiter Guiscardus. Rolandus frater eius. Albericus curie Archiescopi. Obertus de seestri. Nicola sancti petri de arena. Lanfrancus et Rainaldus curie Archiepiscopi.

DE CANNETO QUOD EST IN BISANNIO IUXTA TERRAM WILIELMI GEORGII.

Cartula uendicionis sub dupla defensione quam facimus nos Oliuerius de maraxi. et Jacobus atque Wilielmus. fratres filii quondam boni senioris de zinestedo. curie domini Vgonis Januensis Archiescopi. et Vobis domino Vgoni Archiepiscopo per uycedominum Maistrum Anselmum qui nomine curie uestre Archiepiscopatus uestri suscepit. A nobis fratribus. Nominatiue Medietatem Vnius pecie terre pro indiuiso que est cannetus. et est in besanio. que nobis fratribus obuenit per medium pastenum. Coheret ei. A duabus partibus uia. A tercia est flumen besanii. A quarta uero parte est terra Wilielmi ieorgii. Infra has Coherencias istam medietatem huius pecie terre canneti pro indiuiso que est in besanio. Et omne ius et raciones siue acciones quod et quas nos fratres habemus In hac pecia terre besanii. Nos fratres Oliuerius de maraxi. et Jacobus atque Guilielmus. Curie domini Vgonis Archiepiscopi uendimus et possessionem cum dominio eidem curie Archiepiscopi per uicedominum Anselmum tradimus. qui nomine curie accepit. et possessionem quam a nobis suscepit et curia habet Archiepiscopi perpetuo habere confirmamus. faciendum curia et dominus archiepiscopus et

sui successores exinde a presenti die ad utilitatem huius curie quicquid uoluerint. Nomine proprietatis. sine nostra et heredum nostrorum contradicione. omnia In Integrum. Per precium. librarum trium et solidorum quindecim denariorum Janue. Et has tres libras. et solidos quindecim. a curia confitemur suscepisse. et eas Vicedominus Anselmus nomine curie nobis fratribus soluit. et inde soluti sumus. Ab omni homine defendere et Auctorizare Nos fratres Oliuerius et Jacobus Atque Wiliemus una cum nostris heredibus promittimus curie domini Archiepiscopi. et Vobis domino Archiepiscopo uestrisque successoribus et cui ad utilitatem curie dederitis. Quod si defendere et auctorizare non potuerimus. Aut si aliquo modo subtrahere quesierimus. in duplum istius uendicionis sicut erit meliorata Vicedomino Anselmo stipulanti nomine curie uestre penam dupli promittimus. Vnde omnia bona nostra curie uestre Pignori obligamus et nostro iuri renunciamus. Quoniam cartam medii pasteni quam ex hac terra de medio pasteno habebamus curie domini Archiepiscopi dedimus. In canonica Sancti Laurencii feliciter. Millesimo. centesimo. Septuagesimo. Secundo. Exeunte Mense madii die xi. Indicione iiii. Testes Presbiter Guiscardus Archiepiscopi. Vasallus de maduzene. Guido speciarius cognatus eius. Ansaldus de airaldo rizo. Allo de caminada medolici.

ISTE SUNT CONDITIONES QUE FACTE SUNT IN CURIA MEDOLICI.

Ego Alexander Auocatus recordationem facio ego de emptionibus quas ego feci a famulis et famulabus huius curie. pro archiepiscopatu et ab aliis hominibus qui habebant libellarias huius archiepiscopatus. uel per se uel emerant ab aliis.

In curia medolici. emi a girardo castaldo. totum hoc quod habebat in cucullo. a uia ueteri inferius. usque in pulciferam. pro solidis. x.

Rustica de cerro uxor carli. uendidit mihi in predicto cucullo suam

partem quam habebat cum girardo. a uia ueteri inferius. pro. solidis. XIII.

Adalasia comitissa uendidit mihi totam suam partem quam habebat in supradicto loco. pro. solidis. X.

Rustica predicta uendidit mihi quod habebat iuxta figarium girardi castaldi. a turre auocatorum usque ad uultabinos qui sunt in capite figarii. pro. solidis. VIII.

Maritata de cerro cum sorore. uendidit mihi quod habebat in predicto loco iuxta figarium. solidos. XX. IIII.

Italia et predicta maritata filie alberici de cerro. uendiderunt mihi hoc quod habebant in uaca mortua. Coherit ei de una parte terra ansaldi de gaio. de alia parte figarium et castellum. de subtus terra comunis que dicitur sub costa. pro. solidis. XXI.

Altilia de cerro filia carli. uendidit mihi totum hoc quod habebat in predicto loco. pro solidis. VII. et dimidio.

Andreas de runco. uendidit mihi totum hoc quod habebat in prato de cantone excepto molendino. pro. solidis. XXIII.

Vasallo sibililatori. dedi solidos. XL. de toto hoc quod habebat in medolico.

Socere alberti nasse dedi solidos. XL. II. similiter pro toto hoc quod in medolico habebat.

Girardo castaldo dedi solidos. XXX. pro duodecima parte castaneti quod dicitur pastino. subtus uia iuxta guastum.

Helioni genero maritate solidos. XX. pro uinea quam habebat in cerro.

Iterum emimus ab hominibus famulis de uico molacio. a loriolo. et a consortibus suis. hoc totum quod habebant in campo de tullo. pro solidis. XIII. et denariis. IIII. In tercia medietatis quam tenebant per curiam.

In alio tercierio similiter. solidos. similiter. XIII. et denarios. IIII.

Dedi guidoni de casella. pro libellaria quam uendiderat in proprietatem petro de sauorito et fratri suo. in ualle calda. libras. IIII.

Dedi nepoti Guilielmi de mauro. uidelicet trenclero pro feta molendini de nuce. et pro hoc quod habebat in ponte et in medolico pro libellaria archiepiscopatus. libras. xv. et dimidiam.

Dedi lanfranco de saporito. libras. iii. et dimidiam. pro hoc quod habebat in plano de carosa. et in tota ualle calda.

Dedi Guilielmo margalioni pro loco suo de medolico qui est in loco configni libras. xi. et solidos. v.

Item Guilielmo marglioni pro castaneto solidos. xl.

Dedi Rainaldo caldino pro terra que fuit otonis baldi solidos. xxv.

Filiis Ansaldi sardene. pro conuentu loci sancti olaxii libras. xv.

Dedi filio Ansaldi de gazio solidos. xxx. pro terre conuentu de castello que fuit de gotiza. et ego obertus sulphur dedi. x. qui remanserunt.

Tempore domini Hugonis Archiepiscopi facte fuerunt hee emptiones.

Dedimus filiis et nepotibus Oberti cancellarii libras. cviii. et solidos. i. et dimidium. pro terra quam tenebat in bisannio. tabule. lxxxx. erant pro feudo. et prius erant tabule. cl. una et dimidia.

Dedimus Nicole et hodierne iugalibus libras. iii. et solidos. xviiii. pro terra quam tenebant pro libellaria iuxta domocoltam Sancti Vincentii.

Dedimus Johanni ferrario libras. vi. pro terra libellaria quam tenebat pro libellaria iuxta eandem.

Dedimus corboranno libras. vi. pro decima quam tenebat in feudum in plebeio uulturi. in celanixi.

Dedimus anne custodi. libras. viii. pro terra iuxta domocoltam Sancti uincencii.

Dedimus Rainerio notario. libras. vi. et solidos. iiii. et dimidium. computatis his que uendiderat ille Rainerius.

Dedimus Ottoni de calignano solidos. x. pro terra dimidie tabule quam tenebat prope palatium ad libellariam.

Dedimus Anne et Blanco iugalibus libras. III. et solidos. VI. pro terra iuxta domocoltam sancti uincentii.

Dedimus Bonedone de guaitafolia libras. I. pro terra quam tenebat in nerui pro libellaria.

Dedimus Ermeline filie Carli libras. III. pro mina una frumenti quam habebat in molendino periculi.

Dedimus Baiamundo de strupa. libras. III. et solidos. V. pro terra quam ibi tenebat.

Dedimus caluo pro filia libras. VIIII. pro portione quam filia tenebat in molendino domnico.

Dedimus Otoni de capharo libras. LX. pro quarterio molendini de nuce in medolico. et pro quarterio molendini de cerro. et pro sexta parte unius alii quarterii eiusdem molendini. que omnia tenebat pro feudo. Sed dedit nobis in cambium in loco de boneuelo libratas. LX. estimatas. quam terram nos reddimus ei in feudum. et iurauit fidelitatem.

Dedimus Lamberto porco et eius uxori. libras. LX. pro quarterio trium quarteriorum.

Dedimus Bonedone et guaitafolie. libras. I. et dimidiam. pro eo quod habebant in molendino de periculo. et terram quam habebant ab illo molendino usque ad ortum Boni martini et in illis pertinentiis.

Dedimus Beiame sancti olaxii. libras. XII. de terra quam tenebat in medolico.

Dedimus Lamberto porco libras. X. et dimidiam pro terra quam habebat in bisanno.

Dedimus filio Raifredi malsano. libram. I. pro decima quam tenebat.

Dedimus filio Strallandi libras. XVIIII. pro terra Sancti petri de Arena. et pro tribus minis et media *(quas)* habebat in molendino de iarolio pro feudo.

Dedimus Lanfranco brignono libras. XL. pro terra de molazana.

Dedimus quibusdam hominibus de auguxi. libram. I. pro peciola terre iuxta palatium.

Dedimus filio et nepoti Rustice de emchilese libras. vi. pro decima quam tenebat Caput eimignanum et braxile.

Dedimus Guilielmo luxio pro decima celiane. libras. xiii.

Dedimus filiabus carentionis. libras. xxiii. pro terra de bisannio que fuit famulorum. uidelicet de rustico garilio. et de filiis moronis de domocolta.

Oberto dedimus libras. x. pro conuentu de terra que fuit de porcellis.

Dedimus in domo que fuit de pataria. libras. c. iiii. et solidos. iii. et denarios iiii.

Dedi capharo pro conuentu quod mecum habuit libras. x.

Dedi nigroni filio ottoni nolasco pro decima quam tenebat pro feudo in rapallo et in pino et in celanisi et ubicumque ex ea teneret. libras tres. et ipse refutauit eam in manus domini Archiepiscopi.

Dedit dominus Syrus Archiepiscopus in domo que fuit Guilielmi Angustiosi qui fuit famulus curie solidos. x. uxori sue. et ipsa donationem fecit et refutationem in manus domini Archiepiscopi de suis rationibus omnibus quas in domo illa quocumque modo habebat. Testes Oglerius danisius. Obertus sulphur. Rainaldus de pinasca. Oglerius gobus. Filius brugnoni. Guilielmus.

In curia molaciana. emi a filiis guaita follie fetam unam in molendino subterrato. et aliam fetam in molendino de britisca. pro libris. xi.

Filiis iohannis de clausura de bazali. dedi solidos. xx. de hoc quod habebant in molendino subterrato.

Dedi eriberto de Sancto Syro emiliano solidos. xl. pro terra quadam que ibi. uidelicet ad sanctum Syrum. habebat.

In castaneto de casa noua in costa mala. uidelicet uicesimam partem totius. quam partem obertus primus de molaciana uendiderat ad anselmum cauazam. redemi. solidos. xxx. et dimidium ab ipso Anselmo.

Dedi bono martino de corsi pro terra quam habebat subtus ecclesiam Sancti Martini. libras VIIII.

Dedi Gandulfo reuello pro sua parte de pasteno de prato. libras. VII.

Dedi Anselmo cauace pro parte sua de pastino de corsi solidos. XXXV. et suo fratri iuuenali pro sua parte solidos. XXXV. et Alio suo fratri totidem pro sua parte.

Dedi filiis iohannis cauacie. solidos. XXXV.

Anno dominice natiuitatis. Millesimo. centesimo. quinquagesimo. Tertio Kalendas Martii. Indicione duodecima. Constat nos Danium et Ofizam iugales. Bernardum gatam cum bona nata uxore mea. Guiliam de medolico. atque Pomam filiam quondam Alberti accepisse a uobis domino Syro sancte Januensis ecclesie Archiepiscopo. libras denariorum Januensium quatuor. finito pretio pro tota terra iuris nostri quam habemus in uilla medolici. loco ubi dicitur castellum. Coheret ei ex duobus lateribus terra aduocati. Inferius terra rufini canauarii. Superius uia publica. Quicquid enim infra has coherentias habemus. tam plenum quam uacuum uobis uendimus et tradimus atque In Integrum conferimus simul cum ingressibus et exitibus illius et cum toto suo iure et commodo. faciendum exinde a presenti die quicquid uolueritis tam uos quam uestri successores in sede Archiepiscopi Januensis ecclesie nomine proprietario. aut cui uos dederitis uel habere uolueritis sine omni nostra heredumque nostrorum et omnium personarum per nos contradicione. Ab omni quoque homine prescriptam uendicionem uobis uestrisque successoribus semper legittime defendere et auctorizare per nos et per heredes nostros promittimus. Quod si minime fecerimus. uel si subtrahere quesierimus. tunc eam in duplum uobis restituemus. sicut tunc temporis ualuerit in loco consimili subnixa stipulacione. Bona autem nostra que habemus et que adempturi sumus. quisque pro rata uobis pignori specialiter pro euicione proprietatis obliga-

mus. Actum in camera Archiepiscopi. Testes Rainaldus presbiter sancti siluestri. Presbiter Otto de serra. Oto tornador de clauica. Ogerius danisius. Obertus sulfur. Auundus. Guilielmus clericus de suaro. In quorum presentia Poma super sancta dei euangelia iurauit. quod presentem uendicionem omni tempore firmam habebit. et quod faciat inde cartam curie cum fuerit uigintiquinque annorum ad dies. xv. postquam sibi fuerit requisita. Quod si nollet attendere totum interesse. G...... (*lacuna*) gastaldio. curie prestare promisit.

Signum..... (*lacuna*) omnium prescriptorum uenditorum qui hanc cartulam uendicionis fieri rogauerunt et....... (*lacuna*) possessionem corporaliter tradiderunt atque dominium. predictis mulieribus abrenuntiando specialiter consultui uelleiano ypothece et legi iulie.

Placuit Domno Syro Januensi Archiepiscopo titulo condicionis locare in perpetuum Petro rolando et Petro maiori. atque Arditioni suuinello. Oberto butello. et Bono Johanni odezonis Consulibus Sancti Romuli. Atque per istos uniuersaliter toti comuni predicti loci sancti Romuli. et illorum perpetuo heredibus. Vt uno moriente superstes in partem illius succedat. Nominatiue terciam partem unius montis iuris sui quem in ipso loco sancti Romuli habet. qui uocatur mons de ualle. Illam siquidem partem terciam eiusdem montis que est ad ilicem uersus buzanam et uersus mare eisdem nominatis locauit. Quam quidem In Integrum de cetero prenominati consules et homines loci sancti Romuli et sui heredes perpetuo debent tenere et habere iure emphiteotico. colere quoque eam et meliorare. Quibus etiam promisit Domnus Syrus Archiepiscopus illam sibi uel suis heredibus nullatenus auferre. neque reditui infrascripto addere. Et si impedita illis fuerit. ipsam legittime ab omni homine defensare. Eamque illis et suis perpetue heredibus quiete iure locacionis habere dimittere. Quibus omnibus si contra ipse uel sui successores uel etiam ministri sue curie fecerint. aut si huic pacto contradicere uoluerint. penam librarum quinquaginta. memoratis uiris de sancto Romulo stipulantibus

promisit in bonis que curia habet ad sanctum Romulum. Et propter hoc ea illis pignori obligauit. et pacto insuper locacionis stabunt. Pro his quidem omnibus supradictis rebus promiserunt suprascripti consules sancti Romuli. ipsam partem terciam montis colere et meliorare. et nullam fraudem. nullumque dolum in hac locacione adhibere. Et quod ipsi et sui perpetuo heredes atque uniuersaliter omnes homines qui ipsam terram laborabunt. omni anno dabunt et consignabunt Domno Syro Archiepiscopo et suis perpetualiter successoribus seu ministris curie quartam decimam partem frumenti totius. ordei et siliginis. atque fabarum que ex ipsa terra homines laborantes in ea habuerint. Totius quoque uini quod inde exierit. curie archiepiscopi dabunt omni anno et consignabunt octauam partem. Que omnia si non adimpleuerint uti supra legitur. primo quidem ille uel illi qui non adimpleuerint. ab iure libelli cadent. et partem promisse pene librarum quinquaginta prestabunt. ceteris pacto stantibus permanentibus immunibus. Pro quibus Domno Syro Archiepiscopo stipulanti penam librarum quinquaginta promiserunt. Et illi bona sua pignori obligauerunt. ut ad ea curia habeant regressum. si minus fecerint quam quod supra promittunt. Actum in camera Archiepiscopi. Testes. Guido de laude. Obertus sulferus. Anselmus. Gandulfus gotici. Bonus uasallus caput galli. Magister petrus placentinus. In quorum presentia professus est Domnus Syrus Archiepiscopus se suscepisse a supradictis consulibus pro seruitio huius rei libras denariorum Janue quinquaginta. Millesimo. centesimo. Quinquagesimo. quarto. Secundo die intrantis augusti indicione prima.

(*Qui cadrebbe il foglio* 74.°, *il quale manca nell' originale. Segue il* 75.° *colla continuazione di un libello enfiteutico.*)

cedat (*succedat*) Titulo condicionis locare nobis iubeatis. petimus res iuris ecclesie uestre sancti Syri qui posita est in uilla..... (*lacuna*) prope

fluuio uesano. Hoc sunt aliquanti ficetis et cannetis. atque saletis. fines uero de iamdictis rebus ab uno latere uia publica que pergit pro costa. ab alio latere fine maceria de terra leoni magistro. de superiori capite fine uia que pergit a fontana. antepositis rebus et salectis rofino cogo. et rebus iohanni presbitero. de subteriori capite usque in maceria. Infra iam dictas fines omnia et in omnibus plenum et uacuum ex integrum. petimus anteposita porciuncula que in predicto canneto ingo famuli sancti Syri antea tenuit una cum exitu suo. Et non habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi ad famulo Sancti Syri domnicati. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum exinde pensionem denarium. i. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptas res meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus. de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successores uestros in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et aliud simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradidimus conseruandum. Facto petitorio mense decembrio indicione. v. Regnante domino nostro enrico. anno. iii (*). indicione suprascripta feliciter.

† Johannes humilis episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules. Wilielmus lusius. Bonus uasallus de odone. Oglerius uentus. Vgo iudex laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli

(*) Di Gesù Cristo 1006.

isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CXLIII mense ienuarii indicione VI.

UNDE SUPRA.

CVM Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie. ubi preest domnus Johannes episcopus. Vti nobis iohannes. ingo. atque guiberto germanis et filiis nostris masculinis in duas diuisiones. leo et ildeprando. in tercia diuisione. una cum filiis nostris masculinis. Et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri. qui posite sunt in fundo uesano. locus ubi dicitur molaciana. id sunt casis. uineis. ficetis. cannetis. saletis. castanetis. oliuetis. roboretis. campis. siluis et pascuis. Fines uero de predictis rebus de uno latere fine seue de pradello. descendente pro costa. usque in fluuio de uesano. de alio latere fine terra de iohannes cogo. Et fine seuale de persego. et fine canneto domnicato. descendente in uesano fluuio. de superiore capite fine uia qui pergit a pradello. de subteriore capite fine fluuio uesano. Infra iam dictas fines omnia plenum et uacuum. anteposita uinea quam tenuit rufino cogo. Coherentias uero de omnibus suprascriptis rebus fine fontana couerclata. et uia publica. et uinea domnicata. et fine prato de cornale. et castaneto domnico. et poio de sala et costa de legimare. et fine clareto. et fine fluuio uesano. et fine laco draconario. Infra iam dictas coherentias tantum petimus quantum pro nobis contangit inter fratres et consortes nostros. una cum exitu earum. Iterum petimus casis et rebus iuris ecclesie uestre que posite sunt in salino. omnia et in omnibus. et in uico molacio et in castagna

grossa. et in serra mezana. et in buzalla. et in ilice. et in costa nostra. Omnia medietate de quantum antea tenuit lusido et ursualdo. una cum exitu suo. In Integrum.

(Qui termina il foglio 75.° *Segue il* 76.°, *il quale però non concorda col contenuto nel precedente. Trovasi in esso riportata la continuazione di altro libello enfiteutico.)*

uero de ipsa terra. et de super zucaro usque in cornale dulciano descendente in fossado crosso. et de subtus usque in fontana. Infra istas fines sic petimus plenum et uacuum. una cum exitu suo. Similiter petimus terra iuris ecclesie uestre Sancti Syri ubi dicitur poio. quam ante tenuit arigio auio nostro. et lupo fratres germani. filii auzinioni. id est castaneto. ficetis. Fines uero de iamdicta terra fine pino usque in ponticello. de subtus prato domnico. ab alio latere fine costa de luimare. descendente in fossato de glareto. infra istas fines omnia ista sic petimus. plenum et uacuum. et ubicumque de ipsa sorte inuenta fuerit una cum exitu suo. Et petimus in bauali uinea ubi nominatur castaneto. Et non habeamus licentiam nec potestatem uenundare. nec alienare. nisi in famulis de ista ecclesia. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem per unumquemque annum denarios. II. Spondimus in dei nomine atque promittimus istas res laborare et excolere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. in iam suprascriptas res introire et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra duobus libellis scriptum unum manibus uestris firmatum a nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro numine (*munimine*) sancte ecclesie uestre tradimus conser-

uandum. Facto petitorio mense februarii Indicione nona. Imperante domino nostro otto. et item otto filio eius in italia anno (*)... (*lacuna*) indicione suprascripta feliciter.

Tehodulfus episcopus in hoc libello subscripsit.

LIBELLUS JOHANNIS BOSONIS DE MONTE ET GIRARDI DE MONTE CUM SUIS CONSORTIBUS.

Cvm Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest domnus Obertus episcopus. Vti nobis mainardo et giso. una cum uxore et filiis masculinis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alteri succedat. titulo condicionis locacione (*locare*) nobis iubeatis. petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri qui posita est in uilla molaciana locus ubi dicitur a lo monte. id sunt casis. uineis. ficetis. salectis. castanetis. roboretis. pratis. campis. siluis. et pascuis. Fines uero de istis rebus de superiori capite fine gradale. et fine fossado de libellaria de brazamonte. De una parte fossado qui uadit in supradicto monte et terra de madelberto. et filii de presbitero uenerioso. de subtus uia publica. Infra istas fines et coherencias omnia petimus et plenum et uacuum. quantum antea tenuit madelbertus filius bruningi. in quarta diuisione. Iterum petimus in isto monte campis et uineis in loco qui nominatur ualle castanetis. tantum petimus in istis terratoriis quantum antea tenuit madelberto cum filie sue quod nobis obuenit per cartulam comparationis de isto madelberto de campo domnico una cum exitu suo. Et petimus in alpe de creto campis et pratis. quod nobis obuenit de isto bruningo. et de madelberto uel filie sue. fines uero de istis campis uel pratis. de superiori capite monte finale. de una parte finit terra et liuellaria de petro de uacarile. de alia parte descendente in la todana. et fine prato domnicato. Infra

(*) Di Gesù Cristo 966.

istas fines omnia petimus quantum antea tenuit suprascriptus bruningo uel madelberto una cum exitus earum. Similiter petimus in bargali castanetis. quantum petimus in isto loco quantum antea tenuit madelberto filio bruningi de lo monte. et iste madelberto uel filie sue de campo domnico una cum exitu suo. Iterum petimus in uilla molaciana in loco ubi dicitur casa mediana. id sunt casis. uineis. ficetis. saletis. castanetis. campis et pascuis. Fines uero de istis rebus. de super terra filii presbitero uenerioso. et madelberto. de subtus terra de iohanne gastaldo. infra istas fines et coherentias petimus plenum et uacuum una cum exitu suo. Iterum petimus in ea libellaria in loco qui nominatur panigale omnia medietate. de uno latere petra asinaria descendente in libellaria de lo monte. et de brazamonte. et de lo poio. ascendente de super costa de lo clapedo. usque in prato de currado. descendente in costa de lauaglo. et fine libellaria de iohanne flacca pane. id sunt. casis. uineis. castanetis. ficetis. saletis. campis. gerbis. omnia et in omnibus plenum et uacuum suprascripta medietate in integrum. Petimus in Sancto Sylo emiliano pecia una de terra que mihi obuenit pro cartulis comparationis de benza filia conizonis. in fontanio pecias duas de terra. Iterum petimus decimam de omnia mea libellaria. et decimas de filii iohannis florello de creto. et petimus campo domnicato de creto. Et non habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi in famulis Sancti Syri. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem per unumquemque annum. denarios. II. Spondimus in dei nomine atque promittimus in istis rebus introire et meliorare. et excolere. et pensionem ecclesie uobis uel successoribus uestris ecclesie uestre (*sic*) inferre per unumquemque annum. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successores uestri in istis rebus introire et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio

nostra. hunc libellum scriptum et manibus uestris firmatum nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine ecclesie sancte tradimus conseruandum. Facto petitorio mense augusti Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi Millesimo. sexagesimo. v. indicione. xIII (*). feliciter.

† Obertus episcopus in hoc libello subscripsit.

LIBELLUS BONI IOHANNIS DE CAMPO DOMNICO
CUM SUIS CONSORTIBUS.

Cvm Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest domnus conradus episcopus. uti nobis malberto et berizo presbiter cum filiis suis masculinis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alteri succedat. Titulo condicionis locacionis (*locare*) nobis iubeatis petimus terras iuris ecclesie uestre Sancti Syri que posita est in ualle uesano. locus ubi dicitur campo domnico. De superiori capite uia publica. de uno latere terra de iohanne flacca pane usque in ilice et in prada teda descendente pro costa usque in fontana couerclada de subtus uia publica. que pergit a fossado de oliceto. Iterum petimus pecia una de terra in nusigla et prato. De superiori capite uia publica descendente in fossato de serra meridiana. Ab alio latere costa de riuaria. et pecia una de terra prato in uia noua. ab uno latere terra de leo de ualle. descendente pro costa usque in lauaglo de portili. descendente in senterio qui pergit a libellaria de leo de la ualle. Et petimus pecia una de terra in zucaro. pro costa usque in uacariciola. infra ista libellaria omnia et in omnibus plenum et uacuum in integrum. Et petimus molendinum cum aqueductu suo in ualle uesano ubi dicitur zambazaro. fines uero de isto molendino de superiori capite fine petra

(*) Anno 1064, giusta il computo comune; e indizione 2.ª cesarea.

in portilia. Infra istas iam dictas fines. quarta porcione omnia et in omnibus plenum et uacuum ex integrum una cum exitu suo. Et reddere debemus nos a parte donnicato sextario quinto de anona. et medietatem de uino. Et non habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi in famulis donnicati Sancti Syri. scatico et alpiatico in donnico sit reseruato. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum denarium. I. Spondimus in dei nomine atque promittimus ista pecia de terra meliorare et excolere. et ibidem mansionem edificare. et pensionem ecclesie uestre per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in suprascripta pecia de terra introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris. in ius et dominium ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet et hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manibus uestris firmatum nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense decembris. indicione. x. Imperante domino nostro Oto filio otoni imperatoris in italia anno. II (*). indicione ista feliciter.

✝ Johannes episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Guilielmus luius. Oglerius uentus. Vgo iudex. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter

(*) Di Gesù Cristo 997, nel dicembre del quale però era già in corso l'indizione 11.ª

cuique libellum obtinenti (*illum*) petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.
Millesimo cxliii mense Jenuarii indicione vi.

UNDE SUPRA.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus obertus episcopus. Vti nobis Rolandus presbiter et bruningo germanis una cum filiis masculis. et qualis sine herede mortuus fuerit de infrascriptis alter succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus tres porciones de molendino iuris uestre ecclesie Sancti Syri in loco et fundo molaciana. una cum aqua ductili suo. et est positus in fluuio uesano prope lacus draconario. et istas tres porciones de molendino ad quarto reddendo in donnicato per duo tempora in anno. id est in pascha aut in natale domini. et ueniat in potestate suo donnicato. cannauario de donno episcopo. de reliquas tres porciones que exierint de molendino excepto quarto faciant isti germani uel suorum heredum quicquid eis fuerit oportunum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pullos duos et azimas duas. Spondimus in dei nomine atque promittimus in infrascripto molendino introire et meliorare. et quarto quod superius legitur ecclesie uestre uel successoribus uestris pro isto tempore inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in isto molendino introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris uel heredum nostrorum in ius et dominium sancte ecclesie reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manibus uestris firmatum a nobis contradere iubeatis. Facto petitorio mense marcii indicione. xi.

Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi Millesimo septuagesimo quinto (*). indicione ista feliciter.

† Obertus episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Oglerius uentus. Vgo iudex. Bonus uasallus de odone. Guilielmus lusius. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt. Diligenter auditis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus.

Millesimo cxliiii mense Jenuarii indicione vi.

LIBELLUS RUBALDI FILII RAINALDI SANCTI SYRI ET ANSALDI FILII ALBERTI DE POIO. ET ENRICI EIUS FRATRIS. ET DE ALIIS CONSORTIBUS.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest domnus Obertus episcopus. uti nobis Andrea cum filiis masculis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri que posita est in loco uesano locus ubi dicitur poio. id sunt casis. uineis. ficetis. cannetis. pometis. roboretis. petimus duas porciones de isto manso. omnia et in omnibus plenum et uacuum in integrum. çoheret petimus (*sic*) pro costa de

(*) Il solo mese, che in questo come negli altri libelli si enuncia, senza l'indicazione del giorno, lascia in dubbio se l'instrumento appartenga più all'anno comune 1074, al quale veramente spetterebbe, se fosse fatto prima del 24 marzo, che al 1075, cui dovrebbe assegnarsi, se convenuto nei giorni posteriori. A niuno però di tali anni si addice l'indizione 11.ª; perchè nel marzo del 1074 correva la 12.ª, e nel marzo 1075 la 13.ª

siluestro ad semita que pergit ad petra asinaria descendente ad uia publica que pergit a castello ueniente pro crosa usque in figariolo. et fine casale de le castagne ascendente pro uia crosa de mansione de azo cortexano usque in uia que pergit ad petra asinaria. et petimus in figario mea porcione de terra et de castaneis. et ficus. et uineas. de superiori capite prato donnicato. et petimus mea libellaria a la barca. ab uno latere fine fossato da le fontanelle. de subtus uia que pergit a le tane usque in riua de castagna per fines costa montante de caurioleto. Ab alio latere fine terra cunizonis ueniente in fossato da le fontanelle. et in caualile. et petimus in ea libellaria ascendente pro costa inuestita usque in senterio qui pergit a fontanio ueniente pro uia que pergit a prato de cunrado. Iterum petimus mea libellaria in oliceto. quantum mihi obuenit per conquistum da parte amalberto et de filiis suis. et quartam porcionem de romano in isto loco oliceto. de intus uel de foris. Et petimus mea libellaria que mihi obuenit da parte socero meo. omnia et in omnibus in isto loco oliceto. de intus et de foris. et a le castagne. quantum mihi obuenit da parte mea et de amalberto. et de romano. omnia et in omnibus plenum et uacuum. in integrum. una cum (*exitus*) earum in integrum. et in roncallo petimus casis. uineis. ficetis. pometis. oliuetis. saletis. cannetis. roboretis. de subtus uia publica que pergit a lo prado descendente pro fossato usque in petra rotunda. de superiori capite ueniente in libellaria mea descendente pro crosa usque in uia que pergit a Sancto Syro. petimus in ista fines quantum mihi obuenit per conquistum da parte romano et amalberto. et in panigale. petimus mea libellaria. omnia supra medietate. ab uno latere libellaria de mainardo. de superiori capite terra teuzo descendente pro costa inuestita in terra de iohannia descendente pro costa in libellaria da lo monte. usque in fossato qui pergit a petra asinaria. Iterum petimus mea libellaria in faidallo. omnia sexta porcione. et alia sexta porcione da parte amalberto. et quarta de romano. petimus campis. pratis. siluis. gerbis.

coltis et indiuisis. omnia et ex omnibus plenum et uacuum in integrum una cum exitis earum. Et non habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi in famulis Sancti Syri. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem denarios. II. per unumquemque annum. Spondimus in dei nomine atque promittimus in suprascriptis rebus introire. et meliorare. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris (*in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate*). post obitum nostrum uel filiis nostris. in ius et dominium ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra hunc libellum scriptum et manibus uestris firmatum nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense iulii indicione. XV. Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi Millesimo sexagesimo II (*). indicione ista feliciter.

† Obertus episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Oglerius uentus. Guilielmus lusius. Bonus uasallus de odone. Vgo iudex. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt. quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CXLIIII mense Jenuarii indicione VI.

(*) Qui l'anno *ab incarnacione* viene confuso coll' anno comune; corrispondendo veramente al 1062 l'indizione 15.ª

LIBELLUS LANFRANCI DE CUDULA ET SOCIORUM EIUS.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest donnus theodulfus episcopus. Vti nobis urso famuli Sancti Syri cum uxore et filiis masculinis in una medietate. martino similiter famulo Sancti Syri cum uxore et filiis masculis in aliam medietatem. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus rebus iuris ecclesie (*uestre*) que posite sunt in Sancto Syro emiliano. id est casa. uineis. castanetis. salectis. campis. siluis. et pascuis. Fines uero de istis rebus. de uno latere fine fossado crosso descendente in uesano. ab alio latere fine fossado turbido. de superiori capite fine terra donnicata. de suptus fine fluuio uesano. tantum petimus nos de ista casa et rebus infra istas fines. omnia quarta diuisione. de quantum antea tenuit leo qui dicitur mal iudica. et quicquid hodie tenere uisus fuit martino et berga iugales. omnia ex integrum una cum exitis earum. et dum aduixerit godeprandus omnia medietas de istis rebus in sua sit potestate usufructuandi non alienandi. Et unquam in tempore infrascriptis seruis uel filiis eorum de seruicio Sancti Syri aliquando substracti fuerint. reuertentur prefate res in predicta ecclesia. et non habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi in serui donnicati Sancti Syri. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem denarium. I. Spondimus in dei nomine atque promittimus istis rebus meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in istis rebus introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris. in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio unum et duobus illis (*) scriptis

(*) Forse deve emendarsi: *unum ex duobus libellis.*

et manibus uestris firmatum nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense iunii. indicione XIII. Regnantibus dominis nostris berengario et adelberto filio eius. Anno. V (*). indicione ista feliciter.

✝ Theodulfus episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Guilielmus lusius. Oglerius uentus. Vgo iudex. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt. quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CXLIIII mense ienuarii indicione VI.

LIBELLUS IOHANNIS ALPHERII DE ALLEO ET DE ILLIS DE RANEDO.
DE IOHANNE ET OBERTO. ET DE PETRO STRARIUA. ET FRATRE SUO.
ET SUORUM CONSORTUM.
ISTE EST LIBELLUS DE UALLE BONA.

Cum Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie Vbi preest donnus Conradus episcopus. Vti nobis martino laborante et iohannes et Andreas et martino. iohannes germano suo. Andrea et adelberto et bonizo. una cum filiis nostris masculis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri. mansos scilicet tres. in uilla que dicitur ualle bona.

(*) Di Gesù Cristo 955.

coheret eis de una parte costa delicata. ex alia parte fossato maior qui dicitur lacus scurus. de superiori capite pausatorium et mediana uia. de subteriore flumen lauanie. infra istas coherencias omnia petimus casale de iohanne brazamonte. petimus plenum et uacuum in integrum. simul cum pertinentiis et exitibus eorum. hoc sunt casis. uineis. ficetis. castanetis. roboretis. omnia que tenuerunt dominicus et martinus baticau. frater eius urso. domninus et siluera-dus. in integrum. petimus terciam porcionem de tazuli. hoc sunt casis. uineis. ficetis. castanetis. omnia que tenuerunt dominicus et martinus et urso. Coheret ei de una parte fau frigido. de alia parte fluuio lauania. A tercia parte costa de cerreceda. de quarta parte fossato de aqua bona. omnia simul cum pertinentiis et exitibus eorum. Iterum petimus medietatem de monte ubi dicitur rozi. hoc sunt campis et pascuis. Coheret ei da una parte uia publica. ex alia parte riua de porcile. ex tercia parte costa de cerallo. a quarta parte fluuio lauania. Infra istas coherentias omnia quantum tenuerunt dominicus et martinus et consanguinei illorum in omnibus supradictis locis simul cum pertinentiis et exitibus eorum in integrum. Et non habeamus potestatem nec licentiam uendere nec donare nec alienare nisi in famulo Sancti Syri donnicato. qui talem obedientiam et seruitium sancte ecclesie uestre cotidie faciat. et redditum quale nos facere soliti sumus et uobis uestrisque successoribus. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem per unumquemque annum. denarios. vi. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptas res meliorare. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uobis uel successoribus uestris in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post autem obitum nostrum uel filiorum nostrorum in ius et dominium sancte ecclesie (*uestre*) reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et

manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et aliud simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie (*uestre*) tradimus conseruandum. Facto petitorio mense madio indicione septima. Imperante domino nostro cunrado in italia anno tercio decimo (*). indicione ista feliciter.

✝ Conradus episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Guilielmus lusius. Oglerius uentus. Vgo iudex. laudauerunt hoc exemplnm eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt. Millesimo CXLIIII mense ienuarii indicione VI.

LIBELLUS IOHANNIS RIKI DE CASTEGNA.

Cum Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. ubi preest domnus theodulfus episcopus. Vti nobis uenerio. leo et martino germanis cum filiis nostris masculis (*et*) feminis. Et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. petimus terras iuris ecclesie uestre Sancti Syri que posite sunt in ualle bisanni a Sancto Syro emiliano et locus ubi nominatur oliceto. id est casa. uineis. ficetis. saletis. siluis et pascuis. Fines uero de predictis rebus. fine fossado croso descendente in uesano prope riuo turbido. de superiore capite fine terre in donnicato. Tantum petimus nos germani quantum

(*) Di Gesù Cristo 1039.

antea tenuit besauus noster lupo et petrus Rautalo una cum exitus earum. Petimus nos in suprascripto loco Sancto Syro emiliano terra iuris de infrascripta ecclesia. id est casa. uineis. pascuis. plenum et uacuum. Octaua diuisione de quantum antea tenuit famulo Sancti Syri de ista ecclesia. et nobis contangit una cum exitus earum. medietate de terra laboratoria et uincola (*). et arbores fructiferos super se habente que dicitur fossato rio turbido. Fines uero de ipsis. fine fossado de carrica. et limido . . . . . (*lacuna*) descendente in laco rotundo. infra istas fines omnia medietate. Petimus nos terra laboratoria que est posita in monte Sancti Syri ubi nominatur cuniole. Et est ipsa terra fine cabrioleto et clapa de prouagineto. et uia publica usque . . . . . (*lacuna*) terra laboratoria omnia ex integrum. petimus . . . . . (*lacuna*) de ista ecclesia que posita est in ualle pulcifera locus ubi dicitur ponte decimo. id est casis. campis. siluis. et pascuis. Fines uero de predictis rebus. de superiori capite fine costa descendente per fontanelle ad affrico. et campo de padule usque in porcifera. fines ualle calda descendente in porcifera. Tantum petimus infra istas fines quantum tenuit iohannes lauandario una cum exitus earum. et nobis contangit de consorte nostro. tantum petimus in istis locis singulis quantum nobis contingit de inter fratres. et non habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi in famulis Sancti Syri indonnicati. ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem denarium. I. Spondimus (*in Dei nomine atque*) promittimus istis rebus meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris inferre per unumquemque annum. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uobis uel successoribus uestris in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post autem obitum nostrum uel filiorum nostrorum in ius et dominium sancte ecclesie uestre

(*) Forse ha da leggersi *uineata*.

reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra. et hunc libellum scriptum et manu uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et aliud simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense februarii indicione nona. Imperante domino nostro Otto. et item otto filio eius regnante in italia Anno . . . (*).

† Theodulfus episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Guilielmus lusius. Oglerius uentus. Vgo iudex. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt. quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo cxliii mense ienuarii indicione vi.

LIBELLUS GISELBERTI ZAMBAZARI ET CONSORTUM.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest donnus Obertus episcopus. Vti nobis marcus cum filiis et filie mee. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri. que posite (*sunt*) in ualle uesano locus ubi dicitur sambazario. Id est massarizio unum. Id est casa. uinea. ficetis. salectis. cannetis. roboretis. castanetis. campis. et pascuis.

(*) L'indizione 9.ª, e gli altri dati cui si accenna nel presente libello, ci insegnano che il medesimo si ha da ascrivere all'anno di Gesù Cristo 966. quinto dell'impero di Ottone I e del regno di Ottone II.

Fines uero de supradicto massarizio. de super fine uia que pergit a Sancto Syro. de una parte fine fossadello qui descendit in prato donnicato. de alia parte fine maceria et uia qua uadit ad fontanico couerclata descendente pro fossadello qui pergit a molendino de madalberto. et de subtus fine fossado de isto molendino. Infra istas fines et coherentias omnia et in omnibus petimus. et quantum ad massarizium pertinet. una cum exitu suo. et non habeamus potestatem uendere nec alienare nisi in famulis Sancti Syri de molaciana. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem per unumquemque annum denar... (*lacuna*). Spondimus in dei nomine atque promittimus in suprascriptas res (*introire*) meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra. et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum a nobis contradere iubeatis. et alium similem (*a nobis*) factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense octubris. Indicione VIII. Imperante donno nostro secundo henrico in italia anno. VII (*). Indicione suprascripta feliciter.

Ego obertus episcopus subscripsi.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Oglerius uentus. Guilielmus lusius. Vgo iudex. Bonus uasallus de odone. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt. quia libelli

(*) Di Gesù Cristo 1055, nell'ottobre del quale però correva solamente l'indizione 7.ª

isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo cxliiii mense ienuarii indicione vi.

UNDE SUPRA.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest donnus iohannes episcopus. Vti nobis odo cum filio meo. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri que posita est in ualle uexano. in loco ubi dicitur sambazario. Id est massaricio unum. Id est casa. uinea. ficetis. salectis. cannetis. roboretis. castanetis. campis et pascuis. fines uero de suprascripto massaricio. desuper uia que pergit a Sancto Syro. de una parte fine fossadello qui descendit in prato donnicato. Et de alia parte fine maceria. et uia que uadit in costa. et uia que descendit in molendino de madalberto. Et de subtus fine fossado de suprascripto molendino. Infra istas fines et coherentias omnia et in omnibus petimus. et quantum ad massaricio pertinet. una cum exitu suo. Et non habeamus potestatem uenundare nec alienare. nisi tantum usufructuandi non alienandi. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde (*pensionem*) per unumquemque annum denarium. i. Spondimus in dei nomine atque promittimus in suprascriptas res (*introire*) meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in istas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuer-

tatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum a nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense octubris indicione quintadecima. Imperante domno nostro henrico in italia Anno tercio (*). indicione infrascripta feliciter.

† Johannes episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Guilielmus lusius. Oglerius uentus. Vgo iudex. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CXLIIII mense ienuarii indicione VI.

LIBELLUS ANDREE GALLINE ET CONSORTUM.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest donnus iohannes episcopus. Vti nobis iohannes cum uxore et filiis nostris masculinis famuli Sancti Syri. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis nobis locare iubeatis. Petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri que posita est in ualle lauania locus ubi dicitur monte final. Est massarizio uno. id est casa. uinea. castaneto. cerreto. pratis. salectis. campis. siluis et pascuis. tantum petimus nos de suprascripto

(*) Di Gesù Cristo 1016.

massarizio. quantum antea tenuit aldeprandus archipresbiter de inter fratres et consortes nostros. una cum exitis earum. Scatico et alpiatico in donnico sit reseruatum. Et non habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi in famulis donnicati Sancti Syri. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum. denarium. I. Spóndimus in dei nomine atque promittimus in suprascriptas res *(introire)* meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successores uestros in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra. hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum a nobis contradere iubeatis. et alium simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense marcio indicione. XI. Imperante donno nostro Otto in italia anno II (*). Indicione ista feliciter.

Johannes humilis episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Guilielmus lusius. Vgo iudex. Oglerius uentus. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CXLIIII mense ienuarii indicione VI.

(*) Di Gesù Cristo 998

UNDE SUPRA.

Cum Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest donnus iohannes episcopus. Vti nobis iohannes et martino et germanis famuli Sancti Syri. una cum uxore et filiis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus terra iuris ecclesie uestre Sancti Syri que est posita in eodem loco Sancto Syro emiliano. locus ubi dicitur costa de seluestro. da uno latere terra de iohanne scrizo. de alio latere libellaria de petro et de leo de lo monte. de supteriore (*capite*) uia publica. de superiore capite . . . . . qui pergit a panigale. infra istas fines omnia petimus in integrum una cum exitu suo. scatico et alpiatico in donnico reseruato. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris pensionem exinde per unumquemque annum denarium. I. et non habeamus licentiam suprascriptis rebus alienare nisi in famulis Sancti Syri. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptas res meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris. in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense februarii. indicione V. Anni domini nostri ihesu christi nongentesimo nonagesimo secundo. indicione suprascripta feliciter.

✝ Johannes humilis episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Vgo iudex. Guilielmus lusius. Bonus uasallus de odone. Oglerius uentus. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt. quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CXLIIII mense ienuarii indicione VI.

LIBELLUS OBERTI BURONI ET OBERTI CALCANEI ET FRATRIBUS EIUS. ET FILIE RUSTICI CARENTOSE ET FRATRIBUS EIUS ET CONSORTIBUS.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus Conradus episcopus. Vti nobis carentosa una cum filio et filie sue. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri qui posita est in molaciana. locus ubi nominatur taneto. id est tercia porcione de manso qui fuit de iohannes de paulo. casis et uineis et castanetis. omnia et ex omnibus plenum et uacuum suprascripta tercia porcione in integrum. et petimus pecia de uinea et figario cum omnibus suis pertinentiis in integrum. et campo uno in caualille. da buno latere. . . . . desuper terra quartarentia. de subtus uia publica qui pergit ad libellaria de ursicino. da balio latere libellaria de rustico. una cum exitu suo. Spondimus in dei nomine atque promittimus in suprascriptas res introire. et meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris inferre per unumquemque annum denarios. II. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uobis uel successoribus uestris in suprascriptas res introire et meliorare et colere (*sic*). et cui uolueritis dare

in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et alium simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense marcii. Anni ab incarnacione domini nostri ihesu christi Millesimo octuagesimo. VI. indicione suprascripta (*sic*) feliciter.

† Conradus episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Oglerius uentus. Guilielmus lusius. Bonus uasallus de odone. Vgo iudex. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CXLIIII mense ienuarii indicione VI.

LIBELLUS UXORIS GUANDALINI IOCULATORIS CUM SUIS CONSORTIBUS.

Cum Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest donnus iohannes episcopus. Vti nobis madelberto . . . . . (*lacuna*) cum germanis meis famuli Sancti Syri. cum uxore et filiis nostris. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri. que posita est in ualle uexano. locus ubi dicitur olixeto. id est casa. uineas. ficetis. salectis. pratis. castanetis. cannetis. Fines uero de iam dictas res dictas (*sic*). de buno latere fine fossado de olixeto. da balio latere fine uia de fasce

concorrente in uia publica. concorrente in costa descendente in fluuio uesano. de superiori capite fine uia que pergit ad ecclesia de mansione madelberti usque in fontanella et usque in uia publica. De subtus fine fluuio uesano. Tantum petimus nos infra istas fines et coherencias quantum ad ipso massaricio pertinet et nobis contingit de inter fratres et consortes nostros. una cum exitus earum. Et non habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi in potestate famuli Sancti Syri in domnicati. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde per unumquemque annum denarium. I. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptas res meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successores uestros in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manibus uestris firmatum a nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense marcii indicione. XIIII. Imperante domino nostro otto in italia anno. V (*). indicione suprascripta feliciter.

✝ Johannes humilis episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules. Guilielmus lusius. Bonus uasallus de odone. Vgo iudex. Oglerius uentus. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter

(*) Di Gesù Cristo 1001.

cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CXLIII mense ienuarii indicione VI.

LIBELLUS ROZELINI ET CONSORTUM.

CVM Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus Johannes episcopus. Vti nobis madelberto et iohannes una cum uxore et filiis nostris masculinis. uel nepos noster nomine gotizo. famuli Sancti Syri. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus nos castaneto quod est posito in fine bargallina. locus ubi dicitur alpexino. pecia de silua seu pecia de castaneto in loco qui dicitur castanea capraria. et pecia de castaneto que pergit inter duas uias et pe (*sic*) monte et in campo domnico. id sunt casis. uineis. cannetis. roboretis. ficetis. siluis. campis et pascuis. nec non petimus medietatem de libellaria qui est posita locus ubi dicitur creto. id sunt pratis. campis. siluis et pascuis. Fines uero de superiore capite. fine aqua uersante et descendente usque in rio lactodona. De uno latere fine prato domnicato. Infra infrascriptas iam dictas fines petimus nos omnia et in omnibus plenum et uacuum medietatem quantum antea tenuit sabatino in istis locis ex integrum una cum exitis earum. Et non habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi in famuli Sancti Syri domnicati. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem denar . . . . . (*lacuna*). Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptis rebus meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum (*inferre*). Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in istis rebus introire. et cui uolueritis dare in

uestra sit potestate. Post autem obitum nostrum uel filiis nostris suprascriptis rebus in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius et proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manibus uestris firmatum nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre uobis tradimus conseruandum. Facto petitorio mense iulii indicione. XIII. Imperante domino nostro otto in italia. anno. IIII (*). indicione suprascripta feliciter.

† Johannes humilis episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Guilielmus lusius. Bonus uasallus de odone. Oglerius uentus. Vgo iudex. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CXLIIII mense ienuarii indicione VI.

LIBELLUS BALDI COLICELLI. ET BALDI PANIS PARATI. ET SORORIS EIUS. ET FILIORUM ALBERICI DE UALLE. ET QUARTERII. ET GAMBARI. ET SECAFENI EX PARTE ALGUDE MONACHE ET CONSORTUM.

Cum Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie Vbi preest donnus iohannes episcopus. Vti nobis leo et aldeprando cum uxore et filiis masculis famuli Sancti Syri. et germanis. stabile cum uxore et filiis masculis famuli Sancti Syri. Item alio leo cum uxore et filiis masculis famulo Sancti Syri. Et si unus ex nobis sine

(*) Di Gesù Cristo 1000.

herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. unusquisque in sua diuisione. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus solis de terris nos suprascripti petitores iuris ecclesie uestre Sancti Syri. qui posite sunt infra castro molaciana. et est uno solo de terra cui supra leoni et ildeprandi. in longitudo pedes sedecim. et ex transuerso pedes. x. a pede domni liprandi regis. et est alio solo de terra in eodem castro cui supra stabili. in longitudo pro mensura pedes. x. ex transuerso pedes. viii. et est tercio solo de terra in predicto castro. pro mensura cui supra leoni. in longitudo pedes octo. et ex transuerso pedes. x. a pedes luiprandi regis. et habeamus potestatem nos suprascripti petitores supra iam dictis solis de terris mansionem edificare. et sic petimus una cum exitis earum. Et sic petimus nos pecia una de terra que est subtus castro ubi nominatur felegaria. fines uero de ista terra da buno latere fine fossado de caneua. da balio latere fine costa aqua uersante. de subtus fine uia publica que pergit a corte indomnicata. de superiore capite fine castro. infra istas fines omnia plenum et uacuum petimus nos una cum exitu suo. et habeamus potestatem suprascripta terra pastonare ubi nobis oportunum fuerit. et non habeamus potestatem suprascriptis rebus dare nec uendere nec alienare nisi a famuli domnicati Sancti Syri qui in ipso castro habitant. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde per unumquemque annum denarios. ii. Spondimus in dei nomine atque promittimus in suprascriptis rebus laborare. et in predictis solis de terris mansionem edificare. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successores ecclesie uestre in istis rebus introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris. in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius proprietas est. Vnde sic placet hec peticio nostra. et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et

alium simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense februarii indicione. III. Anni domini nostri ihesu christi nongentesimo nonagesimo. indicione ista feliciter (*).

† Johannes humilis episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Vgo iudex. Bonus uasallus de odone. Oglerius uentus. Guilielmus lusius. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CXLIIII mense ienuarii indicione VI.

UNDE SUPRA.

Cum Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest domnus iohannes episcopus. Vti nobis leo cum uxore et filiis famuli Sancti Syri in una medietate. bonizo cum filiis et nepotibus suis famuli Sancti Syri in alia medietate. Et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri que posita est in loco qui nominatur casalio. id est campo uno. fines uero de ipso campo. de subteriore capite fine termino. Et de superiori capite fine lauaclo. Et de una parte fine costa de . . . . . (*lacuna*). et de alia parte fine costa. Infra istas fines omnia petimus nos plenum et uacuum ex integrum una cum exitu suo. Et non

(*) Nel 990 cadeva soltanto l'indizione 3.

habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi in potestate famuli Sancti Syri indomnicati. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem per unumquemque annum denarios. II. Spondimus in dei nomine atque promittimus istas res meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris. in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius proprietas est. Vnde sic placet hec peticio nostra. et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et aliud simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense marcii indicione tercia decima. Imperante domino nostro otto tercio in italia. anno secundo (*). indicione suprascripta feliciter.

† Johannes humilis episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Bonus uasallus de odone. Guilielmus lusius. Oglerius uentus. Vgo iudex. laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petituere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CLXIIII mense ienuarii indicione VI.

(*) L'anno 2.° dell'impero di Ottone corrisponde al 998 di Cristo; ed a tale epoca era in corso l'indizione 11.ª, anzi che la 13.ª

LIBELLUS CUI SUPRA BALDI COLICELLI. ET BALDI PANIS PARATI. ET SORORIS EIUS. ET FILIORUM ALBERICI DE UALLE. ET QUARTERII. ET GAMBARI ET SECAFENI ET CONSANGUINEORUM EX PARTE ALGUDE MONACHE AUIE SUE.

Cvm Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest domnus iohannes episcopus. Vti nobis constantio et martino. iohannes. leo famuli Sancti Syri. cum uxore et filiis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri qui posita est in alpe. ubi nominatur caualile. pecia una de campo petimus. fines uero de suprascripto campo. de subtus fine . . . . . desuper fine costa. de una parte fine termino. et de alia parte fine costa de libellaria de madelberto . . . . . (*lacuna*) petimus una cum exitu suo. Iterum petimus in loco ubi nominatur uia noua. pecia una de prato. fines uero de supra scripto prato. de subtus fine uia. Et de super fine costa. et de una parte fine libellaria de madelberto. et de alia parte fine fossado. infra istas fines omnia et in omnibus petimus una cum exitu suo. Et non habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi in famuli Sancti Syri domnicati. et dum aduixerit leo genitor et genitricem nostram in sua sit potestate usufructuandi et non alienandi. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum exinde pensionem denarios. II. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptas res meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uobis uel successoribus uestris in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris. in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde si placet hec peticio nostra. et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis

contradere iubeatis. et alium simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense iulii. indicione. VIII. Regnante domino nostro enrico rege in italia anno. VI (*). indicione suprascripta feliciter.

† Johannes humilis episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Oglerius uentus. Guilielmus lusius. Vgo iudex. (*Bonus uasallus de odone*). laudauerunt hoc exemplum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc scriptum fuit. Hanc laudem ideo fecerunt quia libelli isti erant scripti in diuersis cartulis inueterati penitusque destructi. Set ut ne horum amissione iura curie perderentur. singulariter cuique libellum obtinenti illum petiuere. Is igitur consulibus datis. libellum ostensum suum fuisse quisque fuit professus. Quibus diligenter auditis. nil hic auctum uel diminutum fuisse cognouerunt.

Millesimo CXLIII mense ienuarii indicione VI.

LIBELLUS CUI SUPRA BALDI COLICELLI. ET BALDI PANIS PARATI ET SORORIS EIUS ET FILIORUM ALBERICI DE UALLE. ET QUARTERII. ET GAMBARI. ET SECAFENI EX PARTE ALGUDE MONACHE AUIE SUE. ET CONSANGUINEORUM.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus iohannes episcopus. Vti nobis constantius et martinus. et iohannes germanus. una cum uxore et filiis nostris masculinis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. de nostra parte uel de aliis nostris parentibus de quarta generatione quantum adquistare possumus omnia nostris filiis uel filiabus in integrum. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri que posita est in ualle

(*) Di Gesù Cristo 1010

Cvm Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus corradus episcopus. Vti nobis azo et bonizo germanis. una cum uxore filiis et filiabus. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis aliquanta res quod est sesta porcione iuris ecclesie uestre Sancti Syri que posita est in loco lamanigra. per fines et coherentias. de una parte fossato qui uenit de aqua ploglosa montante usque in monte de carelo. et usque in fontana de coxina merli. et pro calmo asegnino descendente usque in fossato de rio croso. et usque in pedes de coruaria. Infra iste coherentie. predicta sexta porcione In Integrum. Scatico et alpiatico in domnico sit reseruatum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum sestario uno de grano. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptas res meliorare et laborare. et suprascriptam pensionem uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel de nostris heredibus in ius et dominio sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Vt impleat manus uestra ad firmandum. Facto petitorio mense nouembris. indicione. VI. Anno ab incarnacione domini Millesimo. XL (*). indicione ista feliciter.

Corradus episcopus in hoc libello subscripsit.

(*) Anno comune 1039, nel novembre di cui era però di già in corso l'indizione 8.ª

LIBELLUS DE PONTE DE MEDOLICO. ET OBERTINI FILII PANIS PARATI.

Cvm Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus obertus episcopus. Vti nobis bruningo et mauro famulo Sancti Syri. cum uxores et filiis masculinis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri. qui posita est in loco scagnelli que est sexta porcione. que fuit de bonomino. de superiore capite uia publica. de subteriore capite fossado malo. de alia parte terra de begalfigo. de alia parte lauaxelli. et in salersa. et isola de pere cum molendine cum aqua ductu suo. quantum ad ipso pertinet. et quanto ego tenuit qui fuit in ponte. in ual alta. in riuaria. in olale donnico. et moline de fossato cum aqua ductu suo da la noxe in caneledo. et in plano qui est pecies tres. in plano de gazo. in compenio. in costa longa. in casa subtana. uel pro aliis ceteris locis incaultis et incoltis. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem per unumquemque annum denar . . . . . (*lacuna*). Spondimus in dei nomine atque promittimus in suprascriptis rebus meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in suprascriptis rebus introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris. in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde si placet hec peticio nostra. et unum libellum scriptum et manibus uestris firmatum nobis contradere iubeatis. et alium simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense nouembris. Indicione. I. Imperante (*) domno nostro

(*) Si emendi *Regnante;* e si abbia qui una conferma di quanto fu detto nella nota a pag. 276.

(*enrico*) in italia. anno Millesimo sexagesimo. II. indicione suprascripta feliciter.

Obertus episcopus in hoc libello subscripsit.

LIBELLUS IOHANNIS DE OLIUA DE MOLACIANA.

ET PETRI BALBI. ET CONSORTUM.

Cvm Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest domnus obertus episcopus. uti nobis iohannes et martinus et petrus germanis famuli Sancti Syri cum uxore et filiis masculinis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus terris iuris ecclesie uestre Sancti Syri. que posita est in ualle uesano. locus ubi dicitur a l'oliua. medietate de manso. da buno latere fontana couerclata. montante pro costa usque in terra russa. et usque in libellaria de carlo de gano. ueniente in libellaria que fuit de ursicino. descendente pro costa in fontana domnicata. et usque in claudenda indomnicata. et petimus pecia una una de uinea que fuit de alberico camarlengo. da buno latere uinea indomnicata. de superiore uia qui pergit a prato de molaciana. omnia et in omnibus plenum et uacuum In Integrum. et petimus suprascripta mea libellaria descendente per lo runcallo. si quo modo maceria tenet. usque in campo de nazario ueniente pro senterio qui pergit in fontana couerclada usque in prato. id sunt casis. uineis. castanetis. ficetis. cannetis et pascuis. omnia et in omnibus plenum et uacuum In Integrum. una cum exitu suo. Petimus castaneto. de supra fontana que tenet in libellaria de ursicino ueniente usque in manso de andrea de gano. ueniente usque in suprascripta mea libellaria. et castagneto de lo bruceto. pro costa que pergit in glareto. da alia parte fossato croso usque in libellaria de iohannes gastaldo. petimus campo uno mea libellaria cum gorreto et molendino. tantum in suprascripto loco quantum antea tenuit genitor meus iohannes usque

in molendino de cerreto. et in creto petimus quarta porcione de campo et de prato. da buno latere fossa descendente pro ualle usque in uia que pergit a fontanio et usque in libellaria que fuit de amelberto. usque in costa. ueniente usque in fossa. petimus alia mea libellaria in costa longa. que mihi obuenit per conquestum da ingeza. et andrea barbano meo. et in tana ursaria. per fossatis de subtus. da buno latere costa. et de alio alia costa. quantum antea tenuit genitor meus campo et prato. et prato de scalugla similiter. et non habeamus potestatem uenundare nec alienare nisi in famulis Sancti Syri indomnicati. ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem denarios. II. Spondimus in dei nomine atque promittimus in suprascriptas res introire. et meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uobis uel successoribus uestris et exinde pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris (*sic*). Post obitum nostrum uel filiis nostris. in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra. hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum a nobis contradere iubeatis. et alium simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense decembris indicione . . . . . (*lacuna*). Anni ab incarnacione domini nostri ihesu christi. Millesimo sexagesimo. II. indicione suprascripta feliciter.

Obertus episcopus in hoc libello subscripsit.

LIBELLUS PETRI DE SOLIO PATRIS PRESBITERI BARTHOLOMEI DE PLICANIO. ET ALINERII DE PLICANIO.

Cvm Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis. ecclesie. Vbi preest domnus landulfus episcopus. Vti nobis selucrado una cum

uxore et filiis suis masculinis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris ecclesie uestre sancti michaelis que posita est in ualle lauania. locus ubi dicitur solio. plenum et uacuum cum suas pertinentibus. In cuselia. in monte pellio. in tropallio. in casa antica. et in cannauale. quarta porcione. In pannallo. in rouedo. et in tromalio. et in costa luparia. et in plano basilioni. in troderiole. et in gomareno. in monte de oscani. Et capella una in uilla ubi nominatur solio. Id sunt casis. uineis. ficetis. oliuetis. campis. pratis. siluis et pascuis. Fines uero de istis rebus. de superiore capite monte de nastalo. da uno latere fossato disserona. da tercia parte costa de certenulo. da quarta parte monte de bozalo. Infra istas coherentias omnia quantum tenuit petrus auius suus. et dominicus et martinus de ipso loco In Integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem denarios. II. Spondimus in dei nomine atque promittimus in istis rebus (*introire*) meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in ista res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec (*peticio*) nostra. et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum a nobis contradere iubeatis et alium simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense februarius. indicione secunda. Imperante domino nostro conrado hic in italia anno octauo (*). indicione suprascripta feliciter.

† Landulfus episcopus in hoc libello subscripsit.

(*) Di Gesù Cristo 1034

LIBELLUS CORRADI MERDECENTRI DE UERZILI QUIT FUIT AUUS CURRADI ET AMEDEI DE UERZILI.

Cvm Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie. ubi preest domnus obertus episcopus. uti nobis cunradus una cum uxore et filiis masculinis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri que posite sunt in ualle lauania locus ubi dicitur uerzili. omnibus decimis de meis domnicatis. et quantum pater meus aldeurando tenuit a lo plano et in costa. et manso de caput de busco. et in case subtane. et in lauaglo. in predoco. et in fenogledo. et in monte uulfi. et in plecania. quantum tenemus terris et decimis. et terra quam nos tenemus in aimedi. et terra que nobis obuenit in plecania de gaidaldus. Fines uero de ipsis rebus. da una parte mure de plebe. ab alio latere muro longo. de superiori capite terra anselmi. de subtus fluuio lauania. Iterum petimus in moconisi quantum nos tenemus terris et decimis. et quantum fuit rectum et laboratum pro guiseberto massario qui fuit pater de presbitero adame. et omnibus decimis quas nos tenemus in sobra. in casine spense. et in roboreto. et in la terra russa. et in solexido. et petimus quarta una in maxeuaia. quantum antea tenuit azo presbiter. et alia quarta in sanguenedo. quam antea tenuit aldeurando asenelo. et quarta una in rapallo. quantum antea tenuit aldeurando in montecello. et alia quarta a le fedule. quantum antea tenuit presbiter petrus. et omnibus decimis de li cogloti de cornia ubi dicitur serra. et decimis a clauari ubi dicitur melegaria. quantum fuit rectum et laboratum pro allo presbitero. et terra in cornale. plano de riua allereda. et plano de la sosena. et cauana bona. et plano da lo persego. et in somelego. Fines uero ab ipsis rebus. ab uno latere fossado de cestri. ab alio latere fossado de fagida. de superiore capite aqua uersante. et sicut se diuidit de terra sancte

marie. de subtus fossato de neroni. medietate de alpiatico in domnico seruatum. Infra istas coherentias omnia In Integrum petimus. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem ecclesie uestre denarios. quatuor. Spondimus in dei nomine atque promittimus in suprascriptas res introire et laborare. et pensionem ecclesie uestre per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris (*in suprascriptas res*) introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Vnde sic placet hec peticio nostra. et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et alium simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense iunius. indicione. xiii. Anni ab incarnacione domini nostri ihesu christi Millesimo sexagesimo (*). indicione suprascripta feliciter.

† Obertus episcopus in hoc libello subscripsit.

LIBELLUS CORRADI ET ARNALDI DE UERZILI. ET OPIZONIS STRUSIOLI.

Cvm Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus Syrus Januensis ecclesie Archiepiscopus. uti nobis opizoni de castro bernardi in tercia porcione. et amedeo et conrado in aliis duabus partibus. nostrisque filiis uel filiabus atque heredibus. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri. que posite sunt in ualle lauanie. et in plebe plecanie. ubi dicitur uerzili. uidelicet duas partes de omnibus rebus illis quas conradus merdenuentre filius aldeurandi adquisiuit per libellum ab oberto episcopo. sicut in illo libello continetur (**). de

(*) Anno comune 1059 , nel giugno di cui era però soltanto in corso l' indizione 12.ª

(**) Vedasi il libello summenzionato a pag. 285.

decimis. uillis. terris. coltis et incoltis. ubicumque sors uel pars aliqua de omnibus prenominatis rebus que in eodem libello continentur in quacumque parte sint. duas partes petimus una cum accessionibus et ingressoris uel exitibus suis. uidelicet illam partem que fuit ottonis et gandulfi qui fuerunt fratres tedisii patris nostri. et filii quodam corradi merdenuentre In Integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem per unumquemque annum pensionem (*sic*) denarios. vi. et insuper tibi inde iurauimus fidelitatem. Spondimus in dei nomine atque promittimus in iamdictas res introire et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Et si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uobis uel successoribus uestris in suprascriptis rebus introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Vnde sic placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. Facto petitorio mense octubris. Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi. Millesimo. centesimo. xxx. ii. mense suprascripto. indicione. x. Testes Guiscardus. Ardecion iudex. Rodulfus de deselega. Bonus bellonus de cunizo. Bonus uasallus eius nepos.

LIBELLUS DOMUS FILIORUM MERULI DE CASTRO.
ET FILIORUM WILIELMI ARNALDI.

Cvm Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest donnus iohannes episcopus. uti nobis obertus et eribertus germanis filius (*sic*) quondam thoma qui et berizo una cum filiis filiabus uel heredes. et quale ex nobis unus sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus terris iuris ecclesie uestre Sancti Syri massariciis. quibus sunt positis in loco bargali. atque capella una in predicto loco que est edificata in honore sancti laurencii. cum casis et uineis et castanetis iuxta eadem ecclesia. et castaneto uno in bargali ubi dicitur colloreto.

et pratis in bargali. et campis. in subtus uia publica. et in cella. et in teuceto. et in musca nigla. et in teulara. in predictis locis. id sunt casis. uineis. castanetis. pometis. pratis. gerbis et pascuis. omnia et ex omnibus plenum et uacuum una cum exitus earum. In Integrum. Et iterum petimus nos qui supra germanis casis et massariciis. et omnibus rebus iuris ecclesie plebis sancte marie sito in bargali. quibus sunt positis in locis et fundis uallebona. teucedo. tazolelli. seu massaricio uno. quod est positum prope ecclesia sancte marie. atque pratis et campis. in bergalli. fine uia publica. in suso. contra bergalla. seu silua. et rebus que dicitur deuese. Fines uero de ipsis rebus de uallebona et teucedo. de una parte cacumine montis qui dicitur bergalla. de alia parte costa de aligada. et portagono. de tercia parte costa de pecorile. de quarta parte fluuio lauania. item fines de predictis rebus de tazolelli. de una parte aqua lauania. de alia parte costa de cerexola. de tercia parte fao frigido. de quarta cacumine montis. Iterum fines de predicto massaricio prope predicta ecclesia. da una parte fossato. de alia parte terra quam tenet teutefredus iudici. da tercia parte terra quam tenet conradus iudex. da quarta parte ambulatorio de uinea qui pergit iuxta predicta ecclesia. omnia et ex omnibus quantum antea tenuit predictus thomas et iam dicta berta que fuit uxor thomas. qui et berizo in predictis locis. id sunt casis. uineis. castanetis. pometis. pratis. gerbis. et pascuis. omnia et in omnibus plenum et uacuum una cum exitis earum ex integrum. Et iterum petimus seruis et ancillis iuris predicte ecclesie. nomina eorum martinus et dominicus germani. et urso qui dicitur dominico. cum uxores et filiis et filiabus eorum qui hodie natis uel in antea nati de illorum esse debent. et cum omnes res et conquistum illorum que hodie habent uel que deinceps in antea adquirere debent. et habeatis licentiam et potestatem tu..... (*lacuna*) obertus et eribertus cum filiis et filiabus tuis uel heredis (*sic*) ipsis seruis uel ancillis cum filiis et filiabus uel nepotibus eorum et cum omnes res et conquistum illorum comprehendere. et disciplinare.

et in seruitium mittere. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem denarios. vi. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptas res facere laborare et meliorare. et pensionem ecclesie uestre (*uobis*) uel successoribus uestris dare. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successores uestros (*in*) suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. et post obitum nostrum uel filiis filiabus heredum nostrorum in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic (*placet*) hec peticio nostra. manibus nostris firmatum nobis contradere iubeatis. et alium simile (*a nobis*) factum et a testibus roboratum (*uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum*). Facto petitorio mense februarii. indicione quarta. Anni ab incarnacione domini nostri ihesu christi Millesimo. anno sexto. indicione suprascripta feliciter (*).

† Johannes episcopus in hoc libello subscripsit.

LIBELLUS ROLANDI DE STELLA.

Cvm Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus obertus episcopus ciuitatis Janue. Vti nobis mauro filio quondam iohannis lupi et bonase iugalibus filia quondam iohannis una cum filiis nostris masculinis. ut si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alteri succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri qui posita est in burgo ianuense. Hoc est tabula una de terra per mensuram iustam in circuitu cum trexenda et distillacio. Coherit ei.

(*) Il senso di quest'ultimo periodo è tutto guasto e monco. L'anno 6.° registrato in ultimo luogo fra le note cronologiche del libello, si riferisce a quelli dell'impero di Ottone III, e (tenuto conto del mese di febbraio che vi è segnato) corrisponde all'anno comune, e insieme *dell'incarnazione*, 1001. Si avverta però che l'indizione in corso a tale epoca non era la 4.ª, ma la 14.ª

ab una parte uia publica. De alia parte terra nostra cui supra mauro. De duabus reliquis partibus terra ipsius Sancti Syri. Infra iam dictas coherentias omnia In Integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum denarium. I. Post obitum nostrum uel heredum nostrorum in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde si uobis placet hec petitio nostra. et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense iunii. indicione VIII. Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi. Millesimo septuagesimo (*) suprascriptus (*sic*) feliciter.

Obertus episcopus iu hoc libello subscripsit.

† In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Marinus de porta. Boiamonte de odone. laudauerunt hoc scriptum eam uim et auctoritatem obtinere sicut exemplum ad quod hoc scriptum fuit. Hoc ideo fecerunt. quia uiderunt libellum istum scriptum in quadam cartula quam uetustate tam litturis litterarum quam cartule consumptione amitti pertimuerunt. Quod consules percipientes fecerunt hoc presenti pagina significare seriatim sicut in ea scriptum fuerat prescrutantes. et ideo ut prediffinitur decreuerunt.

Millesimo CXLVII mense Jenuarii. indicione VIIII.

LIBELLUS OMNIUM COMITUM DE LAUANIA
QUI DICUNTUR FILII TEODISII.

CVM Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi est domnus landulfus episcopus. uti nobis theodixe una cum filiis

(*) Qui veramente non è l'anno *dell' incarnazione*, ma l'anno comune; perocchè l'indizione 8.ª corrisponde effettivamente al 1070.

suis masculinis legittimis. Et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus seruis et ancillis iuris ecclesie uestre Sancti Syri. nomina eorum id sunt. sempertus cum filiis uel filiabus una cum massaricio ipsius qui posito est uineli. eldeprando. iohannes germanis. cum aliis germanis et germane. una cum uxores et filiis et filiabus illorum. Filia andrea ruso cum filiis et filiabus suis. Johannes filio loperti cum uxores (*sic*) et filiis filiabus. Andrea cum uxores (*sic*) et filiis filiabus. Bernilda. Gotiza. Petrino. mater et filia. et filii cum filiis et filiabus. Johannes. Ermeza. Bruna. germanis cum filiis filiabus. Bernilda filia quondam petri. iuuenzo. alberto fratribus cum filiis filiabus. Teuzo cum filiis filiabus. Aduxo. mainucio. mineza. eriza filia altrudi germanis. et sic petimus nos suprascripti petitores predictis seruis et ancillis cum uxores et filiis filiabus illorum. cum omni conquistu eorum. et cum omnibus rebus iuris ipsius ecclesie quod... (*lacuna*) seruis detinent. et habeamus potestatem suprascriptis seruis et ancillis apprehendere. et in seruitio mittere ubi nobis oportunum fuerit. antepositis inter seruis et ancillis numerum sex iuris ipsius ecclesie. nomina eorum. Sigezo. Giso. Johannes et Johannes seu boniza . . . . . (*lacuna*). Quod ipse donnus landulfus episcopus apras in ista ecclesia in sua reseruauit potestate. Similiter petimus nos suprascripti petitores res iuris ecclesie uestre qui posite sunt in ualle rapallo. locus ubi dicitur culture. uel in monte et in bocela. uel per aliis ceteris locis. Iterum petimus res iuris ipsius ecclesie que posite sunt in finiza sigestrina. In mazasco uel in ualle lauaniensis. locus ubi dicitur zulliei. in leualli. in carnella. In cortine. uel in buda. campo sabadino. Sic petimus roboreto cum rebus in monte presbitero omnia et in omnibus una cum exitus sui. Etiam et petimus suprascripti petitores res iuris ecclesie uestre sancti marcellini que posita est in ualle clauari. locus ubi dicitur macinola. Similiter petimus nos suprascripti petitores Capella una que est edificata in honore sancta iulia. et est constructa in loco

Kalaolo. cum omnibus decimis que ad ipsa capella pertinentibus. uel cum omnibus dotis et oblationis atque luminariis ex integris. cum predicta decimationibus ad ipsa capella pertinenti de uillis et de massariciis. hoc sunt nomina eorum in isto kalendo. campo senasci. sorlana. saponico. Badalaxi. Campolo. Ceredo. Besancia. Cruce. Claparia. omnia et in omnibus In Integrum. Petimus in alio loco de sub regimine plebe de uaria. loco ubi dicitur costa de castro. in casa martinasca. Siuelana. Caxauo. quellena. casa terenzanasca. Zanica. Kastro. omnia et in omnibus suprascriptis uillis uel massariciis cum omnibus decimationibus pertinent In Integrum. Seu et petimus nos petitores. Siluis castanetis in loco statali. que ad ipsa capella pertinent In Integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem per unumquemque anno solidos nouem et denarios III. optimi. dati ipsi denarii in ciuitate Janua castaldiones ipsius episcopi suisque successoribus. per se ipse teudixe suisque filiis masculis uel eorum misso. Similiter nos petimus suprascripti petitores res iuris ecclesie uestre sancti laurentii que posite sunt in finita sigestrina. loco ubi dicit libriole. hoc est curticella cum capella una constructa cum casis. massariciis et omnibus rebus ad ipsa curticella pertinentibus. Coherencias uero de predictis rebus. da una parte fine roca qui dicitur nizalla. da alio latere fine gropo marcio. descendente per rio qui currit de gauselia. et desuper uia publica que currit da lo copello et caxano. descendente per aqua de scablana de subtus fossadello qui descendit de terricio in lignone et ibi nominatur fauarido. et in uineli. et in cumimelia. et in caouario. uel per aliis ceteris locis. tantum petimus nos predicto teudix de suprascriptis seruis et ancillas preter quod superius antepositum est. et de suprascriptis casis et omnibus rebus. et de predictas capellas cum predictis decimationibus ad earum pertinentibus sicut antea detinet quondam ansaldo genitor suus. omnia et in omnibus plenum et uacuum In Integrum. id sunt casis. uineis. castanetis. ficetis. oliuetis. roboretis. aliisque arboribus fructi-

feris et infructiferis. siluis. campis et pascuis. omnia sicut superius decernitur In Integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel a canonicis qui ordinati sunt in ecclesia sancti laurentii uel a successores illorum per unumquemque annum pensionem solidos. vi. dati ipsi denarii in kalendis Januarii eidem canonicis uel a suorumque successores. aut super altario ipsius ecclesie ponantur. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptis seruis et ancillis regere et gubernare. et suprascriptis rebus meliorare. et iam dictas ecclesias regere et gubernare. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris uel canonicis per unumquemque anno inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successores ecclesie uestre suprascriptis seruis et capellas in istis rebus introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominio sancte ecclesie reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec petitio nostra et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. Facto petitorio mense marcius. indicione quartadecima. Imperante domino nostro cunrado in italia anno quarto (*). indicione ista feliciter. Vnde duo libelli uno tenore scripti sunt. Actum in ualle lauania feliciter.

Landulfus episcopus in hoc libello subscripsit (**).

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Marinus de porta. Boiamonte de odone. laudauerunt hoc scriptum eam uim et auctoritatem obtinere. sicut exemplar ad quod hoc factum fuit. Hoc ideo fecerunt. quia uiderunt libellum istum scriptum in quadam cartula. quam uetustate tam litturis litterarum quam cartule consumptione

(*) Di Gesù Cristo 1031.

(**) Il presente libello fu già stampato dal mio caro e dotto amico, il signor cav. Agostino Olivieri, tra' documenti onde arricchì la Relazione del Cappelloni sulla congiura di Gio. Luigi Fiesco, da lui pubblicata ed illustrata nel 1858.

amitti pertimuerunt. Quare fecerunt hac presenti pagina hoc significare seriatim sicut in ea scriptum fuerat perscrutantes. et ut prediffinitur laudantes.

Millesimo CXLVII mense Jenuarii indicione VIII.

LIBELLUS FILIORUM CONE DE UEZANO. ET COMITUM DE LAUANIA. DE LA COSTA DE RUFI. DE MANDRELLA ET DE SANCTO MARTINO DE UENALI. ET DE IIS PERTINENTIIS.

CVM Cum Peto defensionem sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus iohannes episcopus. Vti nobis curradus una cum uxores (*sic*) et filiis. Et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedere debeamus. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. petimus casis et omnibus rebus iuris ecclesie uestre Sancti Syri qui posite sunt in locos et fundas uennali. prato de benedicto sancti stephani. simul cum capella una que est edificata in honore sancti martini. in eodem loco uennali constructa. Fines uero ab ipsis rebus. da una parte bedo et aqua ductile. da alia parte ualle sancte marie. fine uia da rauinello que pergit a feletore usque in litus maris. Infra iam dictas coherencias. hoc sunt casis. uineis. castanetis. ficetis. oliuetis. uel aliis arboribus. pratis. campis. siluis et pascuis. omnia et in omnibus plenum et uacuum ex integrum. una cum exitibus earum. quantum fuerunt tecti et laborati per bonoso massario. et quantum infra iam dictas fines iuris predicte ecclesie pertinere uidentur In Integrum. Seu et peto ego suprascripto currado una cum uxores (*sic*) et filiis. id sunt campis et castanetis et roboretis cum areis suarum iuris ecclesie uestre quibus sunt positis in locos et fundas sigestri. locus ubi dicitur campo de lareno. casal dalifreto. et in pascale. uel eorum territoriis. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem. solidos. II. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptis rebus laborare. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unum-

quemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successores ecclesie uestre in suprascriptis rebus introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde si placet hec petitio nostra et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et alium simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense . . . . . indicione. x Regnante domino nostro Anrico (*sic*) in italia. anno octauo (*). indicione suprascripta feliciter.

† Johannes episcopus in hoc libello subscripsit.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Marinus. Boiamonte de odone. laudauerunt hoc scriptum eam uim et auctoritatem obtinere quam obtinebat exemplar ad quod scriptum fuit. Hoc ideo fecerunt quia uiderunt libellum istum in quadam cartula. quam uetustate tam litturis litterarum quam cartule consumptione amitti pertimuerunt. Quare fecerunt hac presenti pagina hoc significare seriatim sicut in ea scriptum fuerat. perscrutantes.

Millesimo CXLVII mense Jenuarii indicione VIII.

DE SEGESTRI.

Cvm Cum Petimus defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi est domnus Obertus episcopus. Vti nobis Guinezo. Lanzo. Lanzo (*sic*). Rolandus. Guibertus. Litulfus. nepotes eorum guibertus et guinenguisus nepotes. Vna cum uxores eorum et heredibus eorum. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris ecclesie uestre Sancti (*Syri?*) que posite sunt in fine segestrina. locus ubi dicitur

(*) Di Gesù Cristo 1012.

naxo. manso uno quod est rectum per martinum laboratorem sua porcione simulque de amizo seu brunengo cum eorum porcione. Iterum petimus res in cazagna. terra Sancti Stephani. seu in statali simulque Sancti Stephani. Iterum petimus nostra porcione et diuisione in nasco. et in campedelli seu in casagna. et a la costa. et argenu. quatuor mansores in campo felectoso duo crundi omnia in decimationis in suprascriptis uillis et massariciis plenum et uacuum In Integrum. Iterum petimus Guibertus et Guinenguisus nepotes eius libellaria que in antea tenuit genitor noster. id est terra laboratoria. Vineis. ficetis. castanetis. roboretis. plenum et uacuum In Integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde per unumquemque annum pensionem solidos. II. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascripta decima recipere et gubernare. et suprascriptas res meliorare. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris exinde per unumquemque annum inferre. Et si minime fecerimus de quod superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris suprascripta decima et suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel successorum nostrorum. in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur. Vnde si placet. et petitio nostra stabilis et firma permaneat. et hunc libellum scriptum. et alium simile a nobis factum pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus. Facto petitorio mense decembris. Indicione octaua. Imperante domino nostro secundo Enricus (*sic*) hic in italia anno octauo (*). Indicione ista feliciter.

Obertus episcopus in hoc libello subscripsit.

(*) Di Gesù Cristo 1054.

DE CORSI.

Placuit atque conuenit inter dominum Syrum archiepiscopum Januensium et iohannem filium martini. et albertum lauaninum. tali ordine quod iam dictus archiepiscopus per se et per suos uenturos successores. dedit et consignauit eis et heredibus illorum. Nominatiue terzerium de uinea in corsi iuxta terram presbiteris de orpalatio. et ipsi in unoquoque anno reddere debuerint ad curiam domini Archiepiscopi spallas duas. et medietatem de musto. et de cunctis fructibus quorum ipsa terra portauerit. et pastum unum duobus hominibus in tempore uindemiarum. donec uindemie ibi in iam dicta uinea expedite fuerint. et debent unum ex eis infra iam dicta terra habitare a presenti die. et dominus archiepiscopus eam terram ab omni homine defendere debuerit. alia super imposita inter eos non fiat. penam inter se posuerunt. qui sicut legitur non adimpleuerint. solidorum centum Januensium denariorum. Actum in camera archiepiscopi. Ibique testes fuerunt. Gandulfus murenus. Ansaldus filius Guidonis. Marchio de pauerio. Wilielmus segafenum. et Alerius. Millesimo centesimo XLVI. mense Januarii. (*indicione*) VIII.

LAUS INTER CURIAM ET CAPHARUM. DE TERRA QUE EST AD PONTEM DECIMUM.

† In curia archiepiscopi. Arbitri Philippus lamberti. Boamuns odonis. inter Archiepiscopum Syrum et Capharum concorditer electi. laudauerunt quod capharus amodo habeat et nomine proprietatis possideat. sine contradicione eiusdem domni archiepiscopi et successorum suorum et omnium personarum per eos. Nominatiue totum podium quod est ad pontem decimum. supra molendinum dompnicum. Hoc est ab uia subtana que est uersus Januam et uadit ad molendinum usque ad domum quam ibi habet Capharus. Hoc totum illi laudauerunt In Integrum. Domno uero Archiepiscopo laudauerunt

tabulas terre quinquaginta nouem. que sunt a uia in iusum uersus Januam. quas ipse Capharus tenebat. Quod uero ideo factum est. quoniam cum de his lites haberent. in et predictos arbitros compromitterent. utrique parti per conuentum hoc potius quam stricto iure placuit terminari. Qui rei qualitatem cognoscentes. et utriusque partis rationes pensantes. uti prelegitur laudauerunt. Millesimo centesimo. quinquagesimo octauo. Quinto decimo die Julii. Indicionis quinte.

LIBELLUS WILIELMI FILII CAPHARI DE TERRA QUE EST IN GAIANO UBI DICITUR MONS LANERIUS. ET DEBET SINGULIS ANNIS DENARIOS III PRO PENSIONE.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie Sancti Syri ubi preest dominus Syrus dei nutu Januensis Archiepiscopus. Vti mihi Guilielmo filio Caphari meisque filiis et filiabus et heredibus. Titulo condicionis locare et uendere et donare et quicquid nobis libitum facere iubeatis. pro quodam decima bargagii. auctoritate domini episcopi Otonis Landulfo episcopo largitore libellario nomine mihi et meis heredibus concessa. et a me uobis remissa. Petimus in dei nomine peciam unam terre iuris ecclesie Sancti Syri in uilla gaiani sitam. ubi dicitur mons lanerius. Cui coheret. ab una parte terra lanfranci scalza uetule. ab alia terra Wilielmi de uolta et eius consortum et gontardorum. subtus uia publica. de super costa. Infra istas coherentias petimus In Integrum. Spondimus in illam terram introire. et quicquid uobis fuerit oportunum facere. ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris singulis annis nomine pensionis denarios. III. ianuenses. Vnde si placet hanc nostram peticionem nobis contradere iubeatis. et hunc libellum scriptum uestra manu signetis. Actum in curia castri medolici feliciter. Presentibus testibus. Ceba. Ottone iudice. Marino de castro. Ogerio danese. Alexandro eiusdem curie subdiacono. Anno millesimo centesimo qua dragesimo. Secundo mense Octubris. indicionis quinte.

Bonus uasallus notarius rogatus scripsit.

Ego Syrus Januensis Archiepiscopus subscripsit (*sic*).

Hoc instrumentum propter utilitatem curie et uoluntatem Caphari. Consules Wilielmus cauaruncus. Anselmus de caphara. Bonus uasallus de castello. Anselmus garrius. ad exemplar prioris et originalis transcribi fecerunt. laudantes quod eam uim et auctoritatem teneat. quam primum quod est apud ipsum Capharum tenet.

Millesimo centesimo. Sexagesimo quarto. Octauo die madii. Indicione. XI.

CARTULA DE FEUDO CAPHARI.

In camera palatii de castro Januensis Archiepiscopi. in presentia uasallorum Curie. Vgonis de bulgaro. Johannis fratris eius. Ogerii danisii. atque subdiaconi eius Alexandri. Ego Syrus dei nutu Januensis Archiepiscopus te Capharum. per te tuosque filios masculinos qui sunt uel qui fuerint. de quarterio molendini de nuce quod tenet ansaldus de gazo pro archiepiscopo Januensi. et de quarterio molendini de cerro quod tenet donatus pro archiepiscopio. et de sexta alii quarterii de cerro quam tenet girardus nomine feudi inuestio. et per inuestituram hec tibi trado. quod neque a me neque a meis successoribus ullo tempore inquieteris. pro quo feudo mihi fidelitatem fecisti. Millesimo centesimo quadragesimo secundo. mense iulii. indicionis quarte.

Bonus uasallus notarius rogatus scripsit.

Ego Syrus Januensis archiepiscopus subscripsi.

Hoc instrumentum. Consules Anselmus Agarrius. Bonus uasallus de castello. ad exemplar prioris et originalis propter utilitatem curie et uoluntatem Caphari transcribi fecerunt. laudantes ex suo offitio quod eam teneat uim et auctoritatem quam primum quod est apud ipsum Capharum. Millesimo centesimo. Sexagesimo. quarto. Octauo die madii. Indicionis undecime.

DE CAPIENDA AQUA AD MOLENDINUM DE IAROLO.

† In palacio Januensis electi. Obertus cancellarius. Philippus lamberti. pares curie ab utraque parte electi. laudauerunt ut donnus Hugo ianuensis ecclesie electus. et curia ianuensis archiepiscopatus. atque Ottobonus uicecomes. et eorum successores liberam facultatem habeant accipiendi aquam per totam frontem illius terre quam Wilielmus tralandus et Guilielmus filius quondam forzani habent in feudum ab curia Januensis Archiepiscopatus in uilla sancti petri de arena. et ducendi acceptam ad molendinum de glariolo. Et similiter eandem habeant facultatem capiendi aquam et ducendi ad illud molendinum a superiori capite predicte terre usque in medietatem uie que est iuxta superiorem frontem ipsius terre et dirigitur uersus porciferam. Eisdem quoque et suis successoribus libere et absque omni contradicione et molestia laudauerunt habere facultatem facere clusam pro suo libito. et paradas. et paxonadas. et quicquid competens et utile fuerit ad aquam ducendam. et capiendam. et retinendam pro eodem molendino. iuxta memoratam frontem terre et uie. et per directum uersus campi usque ad alteram ripam fluminis porcifere. Et hec omnia sine contradicione et omni molestia et inquietatione prememoratorum Wilielmi tralandi et Wilielmi filii quondam forzani atque omnium per eos. Vt autem de inter eos omnis litium materia seu occasio tollatur. cunctas laudes et instrumenta utriusque partis supra hoc negotio facta. quibus continebatur aquam capere et uetare. seu conditiones alterutro inferri ab curia penitus euacuauerunt. et in irritum duxerunt. ita ut nulli partium ab hodie prodesse aut obesse in agendo uel excipiendo possint. Preterea laudauerunt ut domnus electus et Ottobonus uicecomes et eorum successores omni anno in kalendis Januarii dent Wilielmo tralando et filio forzani et successoribus eorum septem minas farine de toto molendino de glariolo. medietatem cuique

ipsorum. Et si forte contigerit molendinum predictum impetu fluminis aut uelle curie destrui. hec conditio septem minarum farine cesset. neque ulterius inferatur. et terra predicta feudi et uia sit exhonerata a prememorato onere capiendi aquam et ducendi ad ipsum molendinum. Quod etiam scriptura contigerit reconstrui uel alibi mutari. et aquam modo predicto ceperit. tunc in eisdem per omnia modis et constitutionibus huius sententie. negocium hoc in posterum perseueret. Quod uero ideo factum est. quoniam cum supra his curia et ipsi Wilielmus tralandus et Ottobonus (*) (*et*) filius forzani diutius discordias et contentiones habuerint. tandem electis prememoratis paribus curie. compromiserunt in illos sub pena quinquaginta librarum stare per omnia sententie quam inter se dicerent per conuentum. Qui negocii qualitatem diutius prescrutantes. et partium utilitatem considerantes. de uoluntate ipsarum uti prelegitur laudauerunt. si uero Wilielmus filius forzani absens huic sententie stare noluerit. Anxacus et Guilielmus tralandus teneantur curie de pena quinquaginta librarum quam domno electo sua sponte promiserunt pro eodem minore. et illis placuit ut sic laudaretur. Millesimo centesimo. Sexagesimo. quarto. Septima die marcii. indicionis undecime.

LAUS CONTRA BONTICUM. DE DANDA MINA UNA FARINE MINUS OCTAUA CURIE. PRO MOLENDINO DE IAROLIO.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Philippus lamberti. Obertus cancellarius. pares curie. ab utraque parte inter domnum Vgonem ianuensis ecclesie electum et bonticum. laudauerunt quod ipse Bonticus amodo omni anno in kalendis Januarii det curie domni electi (**)

(*) Cioè Ottobuono Visconte.

(**) Ugone Della-Volta, del quale pure si tratta nel precedente lodo arbitrale.

et successoribus suis unam minam farine minus octaua de molendino de glarolio. Quod uero ideo factum est. quoniam cum egisset ipse dominus electus cum Wilielmo tralando et filio forzani coram prememoratis paribus curie. et obtinuisset de aqua ducenda super terram eorum ad ipsum molendinum de glariolo. ueluti laude inde facta continetur. et octaua pars molendini de glarolio esset ipsius bontici. negocium illius utiliter gessisse uisus est. cum eque ad ipsum pro sua parte sententie illius commodum spectabat et utilitas. Ex uelle igitur utriusque partis pronuntiantes. laudauerunt eundem Bonticum pro ea parte quam in molendino de glarolio habet. habere et sentire commodum et utilitatem sententie late inter dominum electum et Ottonem bonum uicecomitem. et Guilielmum tralandum et filium forzani. ueluti prelaudatum est ipsum recognoscere. et annualem dare conditionem. Millesimo. centesimo. Sexagesimo. quarto. Septimo die exeuntis aprilis. Indicionis undecime.

DE MOLENDINO MURUALLI.

In palacio Januensis archiepiscopi. Consules placitorum in quatuor compagnis (*). Johannes iudex. Obertus de domoculta. Guilielmus bufferius. et Philippus de bonifacio. absoluerunt domnum Vgonem Januensem Archiepiscopum a Guilielmo anfossi guercii agente pro fratre suo Tanto. et Jonata de campo agente pro nepote suo carmadino. et ab omni demum persona per eos de interdicto quo eum conuenerant. dicentes molendinum quod archiepiscopus nouiter construi fecerat apud murogallum debere destrui. quia contra interdictum factum per colonos suos et per ipsos Consules fuerat edificatum. Quod ideo factum est quia predictis consulibus pars archiepiscopi fidem fecit quod facto interdicto per colonos utrumque magistratum placitorum in unum conuenit. et uocato Guilielmo sardena qui erat

(*) Cioè nelle quattro *Compagne* verso il Borgo.

pro altera parte et satis parata fuit secundum ordinem rationis. Guilielmo uero satisdatorem suscipere declinante. et Consulibus de quatuor compagnis uersus burgum illud idem recusantibus. cum ad suam iurisdictionem id pertinere non crederent. tandem in uoluntate alterius Consulatus pars archiepiscopi legittime cauit idoneo fideiussore. et iterum facto interdicto per executorem Consulum opere tunc fere peracto. licentia et uoluntate predicti magistratus opus illud consumauit. Quare cum pars Archiepiscopi dolo carere uideretur secuta fidem et mandatum Consulum. nec de eodem facto intuitu earumdem personarum bis satisdare cogeretur. cum et de dampno euitando contendetur. et obuiandum sit maliciis hominum qui nihil aliud laturi sunt nisi ut obsint. Archiepiscopum ut supra Consules absoluerunt. Millesimo centesimo. Sexagesimo sexto. Indictione tertia decima. quarto kalendas februarii.

LAUS CONTRA CAZAGUERRAM ET HOMINES DE NASCI.

In capitulo. Consules Amicus grillus. Ottobonus (*). Simon aurie (**). cum sepius apellassent Cazaguerram. Sorleonem. et filios quondam Oberti tarditi. ut dominum archiepiscopum inquietare desinerent. et iura eius illibata seruarent. et presertim supra his de quibus inter eos fuerat iudicatum. nec tamen quiescerent. ideo quum ipsum acrius infestarent. dum hostili manu super eius homines de mazasco uiolentiam predationem fecissent. et dampnum intollerabile incussissent.

(*) Ottobuono degli Alberici.

(**) Costoro furono consoli del Comune; ma, giusta l'usanza allora vigente, non dovettero assumere l'ufficio che il 2 febbraio 1165. Perciò la data del presente decreto, che lo mostrerebbe fatto il 7 gennaio di detto anno, si ha da ritenere come erronea; ed il medesimo vuole invece assegnarsi al 7 gennaio del successivo 1166. La stessa indizione 13 a (genovese), la quale non correva se non in questo anno, viene opportunamente in conferma del nostro avviso.

coegissentque eius homines ad redemptionem etiam personarum. Ipsis igitur super hoc sepius appellatis. et contumacibus existentibus. condemnauerunt eos et eorum complices. in omne ius quod in ea uilla uel super homines loci illius si quod erat habebant. Quid enim grauius aut intolerabilius. quam iudicato non sisti. quam dominum Archiepiscopum nostrum non posse uel inter nos suam tenere iusticiam. et queslibet de nostra ditione adeo insanire. ut etiam archipresulem nostrum iniuriose non dubitent infestare? Actum Millesimo centesimo sexagesimo quinto. Septimo die Januarii. Indicione tercia decima.

Nos Otto brennus et Aidela iugales pro solidis uiginti et quinque quos accepimus a te magistro Anselmo procuratore domni Vgonis Januensis archiepiscopi et archiepiscopatus. remittimus tibi et finem facimus atque refutationem nomine archiepiscopatus omnium actionum et totius quod uel quas ullomodo habemus uel nobis competunt de libello uel occasione libelli quem olim fecit mihi Aidele in uita mea in bone memorie dominus Syrus Januensis archiepiscopus. uel Alexander yconomus eius pro eo. de terra que est in ualle callida et cauannucia. et plano de cairoso. et in monte alto. et scaruadicio. et demum in uilla de medolico tota. Promittimus itaque tibi quod occasione libelli predicti nullam litem aliquando uel inquietationem aut molestiam faciemus uel mouebimus aduersus Januensem Archiepiscopum uel successorem eius. aut aliquam personam pro curia Januensis Archiepiscopatus. per nos uel interpositam personam. Quod si contra fecerimus. duplum nomine pene de quanto lis mota fuerit uel molestia facta tibi Magistro Anselmo dare spondemus. Pro pena uniuersa bona nostra habita et habenda tibi pignori obligamus. eo uidelicet pacto quod pena commissa liceat tibi tua auctoritate et sine Consulum decreto intrare in bona ipsa que malueris. et facere extimare duplum. et habeas inde possessionem et dominium. et facias quicquid uolueris nomine uenditionis. Hoc fecit Aidela consilio

et auctoritate Ogerii gobi et Belleboni propinquorum suorum sicut confessa est. abrenuncians in hoc casu iuri hypothecarum. senatus consulto uelleiano et legi iulie. Cartulam quoque et libellum factum de prescripts terris tam Otto brennus quam uxor cassauerunt in irritum. omnifariam iuribus illum euacuantes. Actum in ecclesia sancti iohannis. Testibus ad hoc conuocatis. Enrico iudice. Jofredo medico. Rolando cilio blanco. Ogerio gobo. Bellebono. et Gandulfo gobo. Millesimo. Centesimo. Sexagesimo octauo. Indicione quintadecima. kalendis Augusti.

LIBELLUS AUIONIS LAMBERTI PORCI ET FRATRIS EIUS.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus corradus episcopus. Vti nobis marcianus clericus. et ursus. qui et bellandus germanis filii iohannis. una cum uxore et filiis uel heredibus quales nos uoluerimus. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syri que posita est prope ciuitatem Januam. in loco ubi dicitur sanctus michael. cum uineis et aliis arboribus fructiferis. et casis super se habentes. Coherit ei. da una parte uia publica. de alia parte uia que pergit ad fossatum. de tercia parte fossatum. da quarta parte terra gaidaldi. si ibique alie sunt coherentie. Iterum petimus mansos duos de terra prope ipsam ciuitatem. in loco ubi dicitur domocolta. iuxta flumen uesanum. cum casis et uineis et aliis arboribus fructiferis super se habentes. Coherit eis. de una parte uia publica. ex alia parte terra domnicata Sancti Syri. de tercia parte flumen uesanum. de quarta parte terra domnicata eiusdem Sancti Syri. Infra iam dictas fines et coherentias petimus plenum et uacuum omnia In Integrum. Similiter petimus mansum in uilla molatiana. in loco ubi dicitur sanctum bazarium. cum casis et uineis et aliis arboribus fructiferis. et cum omnibus ad se pertinentibus

uel apendicibus eius. Coherit supradicto manso. de una parte terra que fuit de heredibus quondam bonizoni pignoli. de superiori capite uia publica. de subteriore pratum domnicatum Sancti Syri. de quarta parte terra idonis de alsenda. et si ibi alie sunt coherentie. Petimus atque in ualle lauania. in loco ubi dicitur solariolo. mansum unum cum casis et uineis et arboribus fructiferis. et campis cum castenetis in temusi ad tres collectores ad ipsum mansum pertinentes. et cum quatuor peciis de terra laboratoria in cedragna. et cum tribus masculis de terra ultra aquam lauaniam subtus sancte marie de ilice. omnia in omnibus plenum et uacuum. et quantum ad ipsum mansum pertinet In Integrum. Coherit ei. ex uno latere terra sancti ambrosii que est de heredibus quondam teuzonis ascendente in uia publica. de superiore capite uia publica. de alio latere terra comitalis. de subtus similiter terra comitalis et domocolta domnicata Sancti Syri. Fines uero de quatuor peciis in cedragna. de una parte terra sancti ambrosii. de superiore terra de marzai. de tercia parte terra Sancti Syri. de quarta riuus auantore. fines uero de suprascriptis masculis. de una parte aqua lauania. de alia parte uia publica. de superiore capite terra que nominatur capellana. de subtus terra Sancti Syri quam tenet Gigso de flonrano cum suis germanis. Insuper petimus petiam unam de terra cum uineis et aliis arboribus fructiferis super se habentem. in loco qui dicitur lauedona. qui pertinet ad suprascriptum mansum. Coherit ei. ab una parte terra sancti fructuosi. de subtus fossatum lauedona. de superiori capite uia publica que pergit per costam. Ex alia parte petimus peciam unam de terra cum uineis et aliis arboribus fructiferis et casis super se habentem. quantum est extra massaricium quem tenet andreas itolus. quod pertinet ad suprascriptum mansum. Coherit ei. de una parte terra Gisonis de grauelia. de subtus pastinum de andrea itolo. de super uia publica. Infra istas coherentias petimus plenum et uacuum. et de omnibus suprascriptis rebus plenum et uacuum In Integrum. una cum exitu earum. Etiam petimus in

ualle sigestrina. in loco ubi dicitur mazasco. uel in aliis locis. medietatem de omnibus rebus quascumque tenuit petrus de mazasco auus noster. hec sunt uineis. ficetis. oliuetis. castanetis. roboretis. campis. siluis et pascuis. casis. capellis. molendinis. una cum exitu earum. omnia in omnibus plenum et uacuum In Integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem per unumquemque annum denarios tres. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptas res meliorare et colere. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uobis uel successoribus uestris in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde si placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense octubre. indicione. v. Imperante domino nostro cunrado anno. x (*). indicione suprascripta feliciter.

Cunradus episcopus in hoc libello subscripsit.

LIBELLUS LANFRANCI AUOCATI PATRIS GUILIELMI PIPERIS.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest domnus conradus episcopus. uti nobis lanfranco auocatorum filius quondam dodoni. cum uxore sua alguda. (hoc in autentico uidimus emendatum) (**). aut cui nos dederimus. Titulo condicionis

(*) Di Gesù Cristo 1036.

(**) Le parole che qui ho racchiuse fra parentesi, si leggono senza distinzione di sorta intruse nel corpo dell'atto.

locare nobis iubeatis petimus terra iuris ecclesie uestre Sancti Syri que posita est foris iuxta burgo. locus ubi dicitur domocolta. qui detinet bonus mato archidiaconus. hoc sunt casis et uineis. coherit ei a suprascripta uinea et casis. da uno capite suprano fosato. de alio capite terra de sancta maria. da tercia parte uia publica qui pergit ad ecclesia sancta maria. etenim petimus terra qui detinebat iohannes qui dicitur borato. et omnibus domnicatis. antiponimus casa de nicola medico. et que sunt date per libellum sicut ego qui supra lanfrancus hodie teneo una cum exitis et ingressoras earum. una cum superioribus et inferioribus earum rerum qualiter superius legitur petimus In Integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem per unumquemque annum. denarios. III. Spondimus in dei nomine atque promittimus suprascriptas res meliorare. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in suprascriptas res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel heredum nostrorum. aut cui nos dederimus. in ius et dominium sancte ecclesie reuertatur cuius est proprietas. Vnde si placet hec peticio nostra. et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. Facto petitorio mense iulio. indicione. VI. Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi Millesimo octuagesimo tercio. indicione suprascripta feliciter (*).

Conradus episcopus in hoc libello subscripsit.

Hoc est exemplatum a libro quem detulit Guilielmus piper et posuit in manus domini Syri Archiepiscopi. et ipse dominus Syrus reddidit ei Guilielmo libellum in presentia philippi de lamberto. et

(*) L'anno *dell' incarnazione* è qui pure confuso coll'anno comune; giacchè l'indizione 6.ª si riferisce veramente al 1083 della natività di Gesù Cristo.

meruli de castro. et maraboti. et ingonis de bulgaro. et boiamontis. et boni uasalli caput galli. et alexandri. Et alii plures uiderunt ipsum libellum in manus Archiepiscopi. uidelicet Otto iudex. et Guiscardus de porta. et Marchio iudex. et Oglerius de ripa. et Rubaldus scriba. et Anselmus canauarius.

In camera domini Syri Januensis Archiepiscopi. In presentia bonorum hominum. fuit iohannes de axeredo cum filio suo berardo. et fidelitatem promiserunt. et fecerunt domino Syro eam. et eis tactis sacro sanctis euangeliis iurauerunt quod exinde sibi suisque catholicis successoribus fideles erunt bona fide. et se operaturos bona fide sine fraude. promiserunt saluare et amplificare omnes conditiones et pensiones tocius terre benestasii ad eorum posse. et non minorare eas aliquo modo. ad proficuum et utilitatem Archiepiscopatus. et si scierint uel audierint aliquo modo de dampno aut de minoratione Archiepiscopi suorumque successorum uel eius curie. aut de terris benestasii uel conditionibus siue pensionibus. pro ut citius poterunt denuntiabunt per se aut per eorum nuntios archiepiscopo et suis successoribus. Hec omnia obseruabunt bona fide sine fraude nisi quanto iusto dei impedimento remanserit. salua tamen fidelitate quam fecerunt filiis opizonis et sibilie. Ibidem dominus Syrus Archiepiscopus inuestiuit eos de duabus partibus mansi benestasii super quem ipsi habitant. ad tenendum exinde uidelicet duas porciones. et pensionem solidorum. VIII. per annum ad natiuitatem domini dandum domino Syro suisque successoribus. denarios Janue. Eoque tenore. si iohannes uel eius filius pensionem hanc non soluerint siue in fidelitatem suprascriptam malignati fuerint. quod dominus Syrus et eius successores. et eorum missi per eos. sua auctoritate intrent in suprascripto manso et in meliorationem quam ab eis facta fuerit ibi. et eos de manso eicere possint per se. Si uero compleuerint ut supra promiserunt. dominus Syrus hanc inuestituram ratam tenet perpetuo eis promisit per se et suos

successores. Millesimo c. l. iii. medio mense Januarii. indicione. xv. Testes. Boiamundus de odone. Presbiter iohannes de salterana. Philippus de lamberto. Obertus sulfarus. Michael archidiaconus. Oglerius danese.

IN NOMINE DEI ETERNI.

BERENGARIUS ET ADELBERTUS. DIUINA FAUENTE CLEMENTIA REGES (*).

Decet regalem excellentiam ut uotis suorum fidelium aures sue pietatis inclinet. qualinus eos deuotiores ac promptiores in suo obsequio reddat. Idcirco omnium sancte dei ecclesie nostrorumque presentium scilicet ac futurorum nouerit uniuersitas. qualiter interuentu ac petitione hebonis nostri dilecti fidelis. per huius nostri precepti paginam secundum consuetudinem illorum confirmamus et corroboramus omnibus nostris fidelibus et habitatoribus in ciuitate Januensi cunctas res et proprietates illorum seu libellarias et precarias. et omnia que secundum consuetudinem illorum tenent aliquo titulo. uel modulo scriptionis acquisierint [a]. uel que illis ex parte patris et matris aduenerunt [b]. omnia et ex omnibus et infra et extra ciuitatem in integrum [c] confirmamus pleniusque corroboramus. una cum terris. uineis. pratis. pascuis. siluis. stalareis. saletis. sazionibus. ripis. rupinis. molendinis. piscationibus. montibus. uallibus.

(*) Il presente diploma dato dai re Berengario e Adelberto a favore dei genovesi, fu già stampato fra i *Documenti* posti ad illustrazione degli *Annali di Caffaro* (pag. 151), nell'edizione genovese fattane dal Carniglia nel 1828; nel volume II *Chartarum* dei *Monumenta Historiae Patriae* (col. 44), per cura del benemerito cav. Cibrario, che lo trasse dalla copia che se ne ha nel prezioso *Codice Pallavicino* della Cattedrale di Sarzana; e nel nostro *Libro dei Giuri* (vol. I. col. 1).

[a] Meglio *acquisierunt*, secondo che si ha nel detto volume *Chartarum*.

[b] *Advenerint* è scritto nel *Libro de' Giuri*, ma il *Codice Pallavicino* ha la nostra lezione: *advenerunt*.

[c] *In Integrum eis confirmamus*, è detto nelle precedenti edizioni.

placiebus [d]. aquis aquarumue decursibus. seruis et ancillis utriusque sexus. et omnia que dici uel nominari possunt [e] que secundum consuetudinem illorum tenent. pertinentibus uel aspicientibus in integrum. Precipientes itaque iubemus ut nullus dux. marchio. comes. uicecomes. sculdaxius. decanus. uel quelibet regni nostri magna paruaque persona. in eorum domibus potestatiue ingredi audeat. aut mansionaticum tollat. uel aliquam iniuriam uel molestationem facere conetur. sed liceat eos pacifice et quiete uiuere. hac nostra fulti preceptali confirmatione. omnium hominum contradictione uel dummoratione [f] remota. Si quis igitur huius nostre confirmationis preceptum pro aliquo ingenio infringere uel uiolare temptauerit. sciat se compositurum auri optimi libras mille. medietatem camere nostre. et medietatem predictis hominibus illorumque heredibus ac proheredibus. Quod ut uerius credatur. diligentiusque ab omnibus osberuetur. manibus propriis [g]. annuli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum serenissimorum berengarii et adelberti regum.

Fulbertus cancellarius iussu regum subscripsit.

Data. xv. kalendas augusti. Anno ab incarnacione domini DCCCCLVIII. Regni uero domni berengarii atque adelberti octauo. Indicione prima. Actum papie in dei nomine feliciter.

Cunctis habitantibus [h] infra ciuitatem Janue uestrisque filiis et

(d) Leggasi *planiciebus*, appunto come trovasi nelle citate edizioni.

(e) *Possint*. Così il *Codice* summenzionato.

(f) Emendisi *diminoratione*, come rettamente si legge in tutti i preallegati esemplari.

(g) *Manibus propriis roborantes* (Ivi).

(h) Queste *Consuetudini* dei genovesi, unitamente al *Breve* di loro osservanza giurato dal marchese Alberto, videro per la prima volta la luce mercè la solerte diligenza del prelodato cav. Cibrario. Egli le stampò nella sua dottissima *Storia della monarchia di Savoia* (vol. I pag. 310-314, ediz. 1840),

filiabus atque heredibus. Vt nullo unquam (i) in tempore habeamus licentiam nec potestatem per nullum ius. ingenium. nullamque occasionem quod fieri potest agere. nec causare. nominatiue de uestra consuetudine quam uestri parentes priores habuerunt (j). Et fuit consuetudo de scriptionibus foricis hominibus falsis appellatis. si notarius erat uiuus cum testibus. et presentes erant. cum ostensor prebebat sacramentum quod nullam malitiam falsitatis in eis scriptis commisisset. Nam inter uos secundum legem ipsam scriptionem finiebatis. Si autem notarius et testes absentes uel mortui erant. tunc ostensor se quinto iurabat quod ipsum scriptum falsum non esset. De prediis uero si orta erat contentio inter uos et foricos homines. inter uos non morabatur ulla pugna. nec probationem de ipsis recipiebatis. Femina longobarda uendebat et donabat res suas cui uolebat sine interrogatione parentum suorum et sine noticia principis. et cui exinde tali modo cartulam emittebat. stabat secundum uestram consuetudinem. Serui uel aldiones ecclesiarum et serui regis et comitis uendebant et donabant res suas proprietarias et libellarias cui uolebant. et stabat eorum uenditio et donatio iuxta uestram consuetudinem. Massarii uestri super uestris rebus residentes non debent dare aliquod foderellum (l). nec albergariam.

traendole dalla pergamena originale che si custodisce negli Archivi Generali del Regno in Torino (*Genova = Carte sparse*), e diede le varianti che si riscontrano fra questa e la copia che se ne ha nel mentovato *Libro dei Giuri*, unitamente al quale furono poi ristampate (V. *Lib. Jur.* vol. I. col. 2-4). Dopo del cav. Cibrario, le pubblicò l'egregio avv. Canale nella sua elaborata *Storia dei Genovesi* (vol. II. pag. 378-382, ediz. prima); e ad ognuno di questi valorosi storiografi andiamo inoltre debitori di una traduzione delle *Consuetudini* medesime (V. Cibrario, *Economia politica del medio evo*, vol. I. pag. 104, ediz. 1842; Canale, Storia citata, vol. I. pag. 55). Il lettore troverà la lezione di questo *Registro Arcivescovile* presso che interamente conforme alla membrana originale.

(i) *Ut unquam tempore* (Pergamena suddetta).

(j) *Quam uestri priores parentes in hac ciuitate habuerunt* (*Lib. Jur.*).

(l) *Aliquod foderum neque foderellum* (*Lib. Jur.*).

nec ullum datum. nec placitum. nec ad marchiones. nec ad uicecomites. neque ad aliquem illorum missum. Habitantes infra ciuitatem Janue qui de rebus ecclesiarum uel familia libellos aut cartulam habebant. et ipsas res tenebant. si pro graui necessitate omni anno pensionem dare non poterant. usque ad. x. annos calumpniam non habebant. si ad predictos decem annos totam ipsam pensionem adimplebant. Quod si rectores ecclesiarum ipsam pensionem recipere nolebant. super altare ipsius ecclesie ponebatur. et nullam calumpniam habebant. Clericis uero qui de rebus ecclesiarum uel familiis cessionem habebant. iuxta ipsam cessionem libellum mittebant. et pensionem scribebant. et stabant iuxta uestram consuetudinem. Habitantes infra ciuitatem Janue placitum non custodiebant. legem non faciebant nisi infra ciuitatem. Rectores sancti ambrosii mittebant libellos et firmabant. et stabant iuxta uestram consuetudinem. Aduenes homines qui uobiscum morantur. si per gentem paganam oppressio erit. in qualicumque parte guardiam feceritis. ipsi omni anno facere debent. De prediis uero uel de aliis querimoniis talis fuit consuetudo. ut ille qui inuestitus erat per triginta annos nullus episcopus neque archiepiscopus aut abbas. uel aduocatores siue rectores ecclesiarum. aut comes. nullam probationem neque per pugnam exinde dabat. sed ille qui inuestitus erat quinto se iurabat quod res ipsas per triginta annos possessas haberet. Bandum uero non amplius quam quindecim dies missum erat quando marchiones placitum ad tenendum ueniebant. Omnes laici qui in persona clerici cessionem de rebus uel familiis ecclesiarum aquirebant. nec ipse clericus neque episcopus eidem homini qui tali modo per cessiones res uel familias tenebant diebus uite illius clerici firmiter tenebant iuxta uestram consuetudinem. Homines uel femine uestre ciuitatis qui de rebus uel familiis ecclesie uel comitatus libellos habebant. aut de parentibus ei dimissa erant. nullus ullum libellum super eum adquirat. Et qui tali modo adquisierit. alter nullomodo stabilis erit. Et si contentio eis inde orta fuerit.

ille qui tenet se quinto iuret quod per. x. annos ille uel sui datores per suum scriptum tenuerunt. Clerici qui de rebus uel familiis ecclesiarum cessionem habebant et iuestiti erant nullus alius clericus adquireret. quousque illi clerici uiuerent. Omnes homines nostri pastenatores uel heredes eorum qui super uestras res residere uolebant. habebant potestatem residendi sine ullo seruitio publico. et stabat secundum uestram consuetudinem.

Breue de consuetudine quam fecit domnus albertus marchio filius opizonis itemque marchionis. et firmauit per sacramentum per tres bonos homines quorum nomina in primis obertus filius quondam astulfi. et Wilielmus de ualle que dicitur tebla. et rusticus de auramala. suprascriptam consuetudinem et preceptum de hominibus ciuitatis Janue quod ipse marchio firmiter obseruare debet. et cartulam promissionis debent facere predicti marchiones de consuetudine. et preceptum de hominibus ciuitatis Janue quod ipse marchio firmiter obseruare debet. et cartulam promissionis debent facere predicti marchiones de consuetudine et precepto Januensium qualiter iudex Januensium laudauerit.

Anno dominice incarnacionis. Millesimo. quinquagesimo. vi. imperante domno henrico in italia anno. x. mensis madii. indicione octaua.

LIBELLUS PRESBITERI OBERTI DE NERONE. ET DE FRATRIBUS SUIS. DE LAMANIGRA. DE UIGINTI ET NOUEM ANNIS.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie Sancti Syri ubi preest domnus Syrus Januensis ecclesie archiepiscopus. Vti nobis Presbitero oberto. et bonosegnori de gazo germanis. et Martino germano. ac Guilielmo filio quondam berardi. et bono uasallo filio quondam petri. et Johanni filio quondam odonis nostrisque filiis. usque ad xxviiii annos expletos. Titulo condicionis locare nobis jubeatis. Petimus in dei nomine quamdam terram iuris ecclesie

Sancti Syri que posita est in plebegio de aguxi. loco ubi dicitur lammannigra. Fines uero. de uno latere per costam de lammanigra. et per costam de castagnola. et usque in calmum de carello. et per fadum frigidum aqua uersante usque in coruariam. et inferius usque in fossatum de cauriasco. Infra istas coherentias quicquid obtinemus petimus In Integrum. quam spondimus meliorare et colere. ita tamen ut inferamus uobis et successoribus uestris per unumquemque annum nomine pensionis denarios Januenses decem et octo. dati et consignati curie in festiuitate beati iohannis euangeliste. Completis predictis annis uigintinouem liceat ecclesie prefatam terram cui uoluerit locare. uel in uestro dompnico retinere. Vnde si placet hanc nostram peticionem et hunc libellum scriptum et nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum et testibus roboratum pro munimine ecclesie tradimus conseruandum. Testes. Oglerius danesius. Obertus diaconus. Petrus iudex. Lanfrancus de ficareto. Johannes blancus. Alexandro hyconomo presente. Actum in camera Januensis Archiepiscopi feliciter.

Millesimo CXLV. mense nouembris. indicione VIII.

Ego Syrus Januensis archiepiscopus subscripsi.

LIBELLUS DE HOMINIBUS DE MOLACIANA.

DE MEDIETATE CASTANETI DE CASA NOUA. DE XX. NOUEM ANNIS.

CVM Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie (*ubi preest dominus Syrus Januensis ecclesie*) archiepiscopus. Vti nobis iohanni scoto. et faciolo nepoti meo filio quondam iohannis. Alegre de podio per martinum missum eius. et Bonetrude et meralde sororibus per lanfrancum missum earum. et iohanni et adalasie. nec non Gisle filie baldi caulixelli per uirum eius fulconem missum eius. et Oberto de ranedo. et nepotibus eius filiis quondam iohannis. et algude filie quondam martini. et andree filio quodam dode pro se et sororibus suis. Titulo condicionis locare nobis iubeatis famulis

et famulabus ecclesie Sancti Syri nostrisque filiis et heredibus usque ad uiginti nouem annos expletos. Petimus in dei nomine castanetum unum iuris ecclesie Sancti Syri positum in casa noua. qui dicitur costa mala. Videlicet medietatem huius castaneti. excepta decima porcione huius castaneti quam ecclesia in domnicum conseruat. et excepta parte illa quam comperauit secans fenum ab oberto primo. Spondimus in dei nomine hanc terram meliorare et colere. Ita tamen ut inferamus uobis et successoribus uestris in unoquoque anno pro pensione denarios vi. in festiuitate sancti iohannis euangeliste dati et consignati curie. Completis itaque xxviiii annis liceat uobis et uestris successoribus prefatum castanetum locare aut in dompnicum reseruare. Testes. Obertus sulpharus. Arnulfus. Magister stephanus. Anselmus cauponarius. Presbiter iordanis. Alexandro hyconomo presente.

Millesimo cxlv. mense nouembris. indicione viii.

LIBELLUS BONI UASALLI DE PRATO EPISCOPO.

DE UIGINTI NOUEM ANNIS.

✝ Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie Sancti Syri. Vbi preest domnus Syrus Januensis ecclesie archiepiscopus. Vti mihi bono uasallo meisque filiis et filiabus. Titulo condicionis locare nobis iubeatis usque ad xxviiii annos expletos. Petimus in dei nomine terram unam ecclesie Sancti Syri que posita est in pulcifera loco ubi dicitur (*pratum*) episcopum cum domo. Quam spondeo meliorare et colere. Ita tamen ut inferamus uobis et successoribus uestris per unumquemque annum in festiuitate Sancti Johannis spallam unam. et medietatem de uino et de castaneis. et feno. Saluo bedo molendini. nisi necesse fuerit curie. Testes. Girardus de medolico. Allus gener eius. Otto murcius de medolico. Anselmus cauponarius. Oglerius danesius. Alexander ecclesie hyconomus. Millesimo cxlv. mense iulii. indicione vii.

CARTULA REFUTACIONIS PETRI DE SAPORITO
DE TOTO HOC QUOD HABEBAT IN UALLE CALDA ET IN FONTANA SACRATA.
ET IN MONTALTO ET IN CAUANUZA.

† Ego Petrus de saporito sponte offero et refuto tibi Alexandro Januensis ecclesie Sancti Syri hyconomo. pro domino Syro dei nutu Januensis ecclesie uenerabili Archiepiscopo. Quasdam terras quas iniuste obtinebam in sancto cipriano. Que sic nominantur. Videlicet. Fons sacratus. Mons altus. Cauanuza. que omnia ecclesie pro te misso et hyconomo ecclesie offero. et si quid iuris in illas habebam sponte abrenuncio. Possessionem quoque si quam obtinebam tibi trado. Testes. Petrus iudex. Obertus merdempè. Obertus sulpharus. Merlo lanzaguda. Bonus iohannes merdempè.

Actum in domo petri. Millesimo CXLVI. mense Jenuarii. indicione VIII.

LIBELLUS AIDELE NEPTIS PETRI DE SAPORITO.
ET FULCONIS OLTERII EIUS. TANTUM IN UITA EORUM.

† Vobis Aidele nepti petri de soporeto. et Fulconi naturali eius filio. Ego Alexander ianuensis ecclesie Sancti Syri hyconomus. iussu et uoluntate domini Syri Januensis ecclesie archiepiscopi. loco quousque uixeritis tantum. uno moriente porcio illius alteri deueniat. Videlicet. Fontem sacratum. Montaltum. Cauanuciam. et illud quod petrus de saporito in planum de carusia pro sua porcione obtinuit. et sunt iuris ecclesie Sancti Syri. quas auctoritate domini Syri uobis quousque uixeritis tantum loco et libellario nomine obtinere concedo. Ita tamen ut inferatis curie nomine pensionis denarios quatuor ianuenses datos et consignatos curie singulis annis. personis tantum uestris decedentibus siue heredibus existentibus siue non reuertantur ecclesie cuius est proprietas (*sic*). quas terras petrus de saporito ecclesie obtulit. et omni iure quod in eas habuerit abre-

nunciauit. Testes. Petrus iudex. Merlo lanzaguda. Obertus merdempè. Bonus iohannes frater eius. Obertus sulpharus. Actum in domo petri. Millesimo CXLVI mense ienuarii indicione VIIII.

DE LIBELLO PATRIS PRESBITERI BARTHOLOMEI DE PLICANIO.
DE MONTE OSCANIO USQUE AD UIGINTI NOUEM ANNIS.

CVM Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie Sancti Syri. Vbi preest domnus syrus dei nutu ianuensis ecclesie archiepiscopus. Alexandro hyconomo presente. Vti mihi petro de sogia meisque filiis per bartholomeum filium meum hunc libellum suscipientem. Titulo condicionis locare nobis iubeatis usque ad XXVIIII annos. Petimus in dei nomine decimam iuris ecclesie uestre Sancti Syri que sumitur de monte Vscano. Ita tamen ut inferamus uobis et successoribus uestris per unumquemque annum per fictum solidos denariorum ianuensium duos. datos et consignatos kalendis ienuarii. Completis atque annis uiginti nouem liceat uos et successores uestros prefatam decimam cui uoluerint locare uel in domnicum retinere. Testes. Obertus sulpharus. Oglerius danesius. Petrus iudex. Anselmus cauponarius. Magister stephanus. Actum in palacio Januensis archiepiscopi. Millesimo CXLVI mense ienuarii indicione VIIII.

LIBELLUS ALLONIS DE MEDOLICO GENER GIRARDI GASTALDI.
DE MANSO DE PODIO.

CVM Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie Sancti Syri. Vbi preest domnus Syrus ianuensis ecclesie archiepiscopus. Vti mihi allo et filiis meis masculinis tantum. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus in dei nomine locum unum iuris ecclesie Sancti Syri positum in medolico qui uocatur Podium. cum eius pertinentiis. quem spondimus meliorare et colere. et de uinea aliisque arboribus super terram competentibus pastinare. Ita tamen

ut inferamus uobis et successoribus uestris medietatem de uino et castaneis. et quartum de orto. et per pensionem solidos tres denariorum Januensium et spallam unam in festiuitate sancti iohannis. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus liceat uos et successores uestros in predicto loco introire et cui uolueritis locare. Post obitum autem meum et filiorum masculorum meorum in ius et dominium ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Actum in palacio Januensis archiepiscopi. Millesimo. CXLVI.

CARTULA DONATIONIS QUAM FECIT AMICUS GUELFUS ET UXOR EIUS DOMINO ARCHIEPISCOPO. DE LOCO IN ALBARIO. TANTUM QUOD SIT UALENS M. SOLIDORUM.

Cartula offersionis quam facimus nos amicus guelfus filius quondam . . . . . (*lacuna*) et Anna iugales. Vobis domino syro Januensis ecclesie uenerabili archiepiscopo ac rectori dignissimo. Nominatiue nostrarum rerum quas in albario habere uissi sumus. quod bene sit ualens librarum denariorum Januensium quinquaginta. et si in illis defuerit. in aliis complimentum offerimus. et adimpleri iubemus pro animarum nostrarum mercede. Quam enim offersionem nos qui supra iugales uobis uestrisque successoribus defendere et auctorizare promittimus. Quod si non potuerimus aut per quod uis ingenium subtrahere quesierimus. tunc in duplum eamdem offersionem uobis uestrisque successoribus restituemus. sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub estimacione in consimili loco. Testes. Oglerius de guidone. Obertus malus ocellus. Guilielmus eius filius. Oglerius danesius. et Alexander Januensis ecclesie hyconomus. Actum in camera palacii Januensis archiepiscopi feliciter. Millesimo CXLVI mense aprilis indicione VIII.

LIBELLUS AMICI GUELFI DE PREDICTA TERRA.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie Sancti Syri. Vbi preest domnus Syrus Januensis archiepiscopus. Vti nobis amico Guelfo et anne iugalibus nostrisque heredibus. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus in dei nomine quamdam terram iuris ecclesie Sancti Syri positam in albario et in aliis rebus sicut uobis pro animarum nostrarum redemptione obtulimus. Quam spondimus meliorare et colere. et denarium unum Januensem nomine pensionis singulis annis inferre. Quod si minime fecerimus in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Post obitum nostrum et heredum nostrorum reddeat predicta terra ecclesie. Vnde sic placet hec petitio nostra et hunc libellum scriptum nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum et testibus roboratum pro munimine ecclesie uestre tradimus conseruandum. Testes. Obertus malus ocellus. Wilielmus eius filius. Oglerius de guidone. Oglerius danesius. Alexander hyconomus.

Millesimo CXLVI. mense aprilis indicione VIII.

LIBELLUS ANSALDI DE LEUI DE CACISCENASCO. ET ANSELMI DE COLLA.

† Peto defensionem in dei nomine. Ego ansaldus de cacischenascu. per me et per anselmum de colla cognato meo. quarta parte decime capelle ramagii atque bembegii. Vobis domino Syro ianuensis archiepiscopo titulo locacionis In Integrum locare iubeatis predictam partem decime sicuti uobis pertinere uidetur. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris usque ad annos quindecim ad octauam natiuitatis domini singulis annis pro ficto solidos duos. Quod si minime fecerimus. tunc uobis componere promittimus penam solidorum quadraginta et decimam dimittere. Ego enim prefatus archiepiscopus spondeo atque promitto uobis quibus supra

ansaldo et anselmo uestrisque heredibus predictam decimam usque ad constitutum terminum defendere atque dimittere. Quod si non fecero aut subtrahere quesiero. tunc penam solidorum quadraginta sub stipulacione uobis promitto. Actum in camera curie noui palacii prefati archiepiscopi. Millesimo CXLVI. mense aprilis. indicione. VIII. Testes. Ansaldus centragu. Bonus iohannes frater eius. Selueradus Guigenzonus destetadu. Albertus de uia riuaiorolii (*).

LIBELLUS BRANCI CURTI DE AUGUXI.

† Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi. Millesimo CXLVI mense nouembris indicione VIIII. Dompnus Syrus ianuensis archiepiscopus per Ribaldum et gislam filiam quondam rustici et iohannem filium quondam iohannis missos heredum Rainaldi et Racii locauit totas res Sancti Syri quas ipsi tenuerunt in uilla qui appellatur a lamanigra et Vrri. ab costa rouerosa usque ad ecclesiam stoblelle. de super per montem de copallo et carello usque in aquam. et ab ponte cauriasco superius. Quicquid infra istas coherentias tenuerunt Rainaldus et Racius heredibus eorum locauto In Integrum. usque ad annos XXVIIII. quod usque ad hoc terminum defendere per me meosque successores et auctorizare spondeo. Ita tamen ut inferant singulis annis nomine pensionis curie Archiepiscopi denarios IIII. Completis XXVIIII annis predicta terra ecclesie reuertatur. et liceat archiepiscopo uel eius successoribus cui uoluerint locare uel in dompnicum reseruare. Actum in palacio Januensis archiepiscopi feliciter. Testes albertus bonicus. Johannes de insula de sauri. Presbiter Rainerius. Presbiter teucius de lauania. Alexandro hyconomo presente.

(*) Nel margine della pergamena di fronte al principio di questo libello, si legge di mano antica la seguente postilla: *Libellum istud cum alio libello ipsius ansaldi mutatur in solidos.* VII. *per annos* V.

LIBELLUS NEPOTUM SUPRADICTI ANSALDI DE LEUI.

Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie Sancti Syri. Vbi preest domnus Syrus dei nutu ianuensis archiepiscopus. hyconomo presente. Vti mihi dodoni meisque fratribus filii quondam merloni de leui. per ansaldum de leui tutorem nostrum hunc libellum suscipientem. Titulo conditionis locare nobis iubeatis usque ad annos. xv. Petimus in dei nomine octauam partem de decima de bembegia iuris ecclesie uestre Sancti Syri. Ita tamen ut inferamus uobis et successoribus uestris per unumquemque annum per fictum denarios sex ianuensium. Completis itaque annis. xv. liceat uos et successores uestros prefatam decimam cui uoluerint locare uel in domnicum retinere. Testes. Selueratus da leui. Bonus iohannes frater cintragi. Anselmus clericus. Isembardus. Bertholotus. Actum in palacio ianuensis Archiepiscopi. Anno ab incarnacione Millesimo. centesimo XLVII. mense Januarii. indicione nona.

DE PLEBEIO PLICANIE. LIBELLUS BERENGARII COMITIS LAUANIE.

Placuit Domino Syro Januensi Archiepiscopo. Quod dedit ficto reddendo ad Berengarium de turrem (*sic*) totam ipsam decimam quam ipse berengarius tenebat in plebe plicanie. uidelicet de ecclesiis que sunt in uillas que uocantur coreliam et canaualem. ut habeat eam et gaudeat usque dum compleantur annos uiginti. expletis uero annis uiginti reuertatur predicta decima ad curiam domni Archiepiscopi. Tali pacto dedit eam sibi ut reddat berengarius qui supra ad curiam in unumquemque annum ad pentecosten denarios ianuenses duodecim. Quod si superius legitur berengarius qui supra non adimpleuerit amittet predictam decimam. et si domnus archiepiscopus eam ab eo subtraxerit ante constitutum terminum penam promittit berengario solidos denariorum Janue quadraginta. Actum in palacio

nouo Januensis Archiepiscopi in Janua. Millesimo. CXLVII. Ad dies madii. XXII. feria. V. Indicione VIIII. Testes. Alexander yconomus. Anselmus canauarius archiepiscopi. Plumacius. Bernardus de turrem (*sic*). Otto de caneza. Arnaldus frater eius.

LIBELLUS DE RUMALIO ET DE UIGNALI.

CUM Peto a defensione sacro sancte Januensis ecclesie beati Syri. Vbi preest dominus Syrus Januensis archiepiscopus. Vti nobis homodeo et bono iohannis filii quondam Guidonis. qui professi sumus ex nacione mea lege uiuere romana. Dominus Syrus archiepiscopus dedit suprascriptis germanis et eos inuestiuit ad tenendum in uita illorum et usufructuandum totam porcionem eorum decime quam ipsi quondam tenebant in uilla que nominatur rumagli et uignali. et pertinentiis eorum. sicut ipsi partem eorum istius decime tenebant et accipiebant. omnes isti fratres in uita illorum habeant et non ad alias transgredientes personas In Integrum. Ad fictum per omnem annum dandum in natiuitate domini nostri denarios sex denariorum ianuensium. dati et consignati isti denarii sex domino archiepiscopo et suis successoribus et eorum missis per istos fratres uel per illorum missum. et exinde isti fratres decimam istam uidelicet eorum porcionem quam quondam tenebant debent detinere et de usufructu et redditu et introitu istius decime quicquid uoluerint facere. sine contradicione archiepiscopi suorumque successorum. alia eis iniuria uel super impositio non fiat. Siquidem homodeus et frater ut supra legitur non adimpleuerint et fictum non soluerint infra duos annos si eum tenuissent quod liceat archiepiscopo et successoribus suis in decimam et redditum eius introire et eam accipere. et cui uoluerint dare. et hoc inter eos. Actum est in palacio. Millesimo centesimo quadragesimo octauo. intrante mense madii. indicione. x. Testes. Petrus iudex. Ansaldus de blanco et Fabianus frater

eius. Bonus iohannes cintragus. Bonus uicinus de bargagli. Wilielmus barilarius. Wilielmus malcaualca. Enricus alamannus.

Et homodeus per se et fratrem eius hanc cartulam suscepit.

In camera domini Syri Januensis archiepiscopi. in presentia bonorum hominum fuit iohannes de axeredo cum filio suo berardo. et fecerunt fidelitatem domino Syro archiepiscopo et iurauerunt sibi. tactis sacrosanctis euangeliis. quod exinde ei suisque catholicis successoribus erunt fideles bona fide. et promiserunt se operaturos bona fide sine fraude seruare et amplificare omnes conditiones et pensiones tocius terre benestasii ad illorum posse. et non minorare eas aliquo modo. ad proficuum et utilitatem archiepiscopatus. et si scierint uel audierint aliquo modo de dampno aut de minoratione archiepiscopi suorumque successorum uel sue curie aut de terris benestasii uel de conditionibus siue de pensionibus. ut cicius poterunt denunciabunt archiepiscopo et successoribus suis per se aut per eorum nuntios. Hec omnia obseruabunt bona fide sine fraude nisi quantum iusto dei impedimento remanserit. salua fidelitate quam ipsi promiserunt filiis opizonis et sibilie.

Ibidem dominus Syrus ianuensis archiepiscopus inuestiuit iohannem de axeredo et filium eius berardum de duabus partibus mansi benestasii. super quem locum ipsi habitant. ad tenendum exinde istas uidelicet duas porciones istius mansi benestasii archiepiscopatus. et persoluere exinde debent singulis annis (*ad*) natiuitatem solidos octo denariorum ianuensium domino Syro archiepiscopo et successoribus suis. Eo quidem tenore. si iohannes uel filius eius berardus istam pensionem solidorum octo per omnem annum in natiuitate domini ut supra legitur absoluerint. siue in ista fidelitate malignati fuerint. quod dominus Syrus archiepiscopus et successores sui et eorum missi per eos sua auctoritate intrent in mansum istum et in melioracione illa quam ipsi facta habuissent super illam terram. et eos de manso isto deicere possint sua auctoritate. Si uero omnia

ut supra legitur adimpleuerint sicut iurauerunt et promiserunt. dominus Syrus hanc inuestituram ratam et firmam tenere perpetuo promisit eis. per se et per suos successores. Millesimo centesimo quinquagesimo tercio. medio mense ienuarii. indicione xv. Testes. Presbiter iohannes salterane. Philippus culdeprando. Obertus sulfarus. Michaelis diaconus archiepiscopi. In camera archiepiscopi feliciter.

CARTA REFUTATIONIS DE MORELLA.

Cartula uendicionis sub dupla defensione atque refutacionis quam facio ego fulco de masare filius quondam iohannis blanci de morella. Vobis domino Syro Januensis (*sic*) archiepiscopo uestrisque successoribus. Nominatiue de loco uno cum uinea et ficis aliisque arboribus super habente qui est positus in uilla medolici ubi dicitur morella. Cui coheret ab una parte terra curie uestre quam baldus tenet. Ab alia terra filiorum girardi. et de supra terra similiter uestre curie. de subtus uia. Infra istas coherentias una cum suis exitibus et pertinentiis istum mansum de morella. Insimul cum aliis omnibus terris quas ego fulco habeo et detineo et possideo. et per me inuenire potueritis in uilla medolici. et in morella. et in illorum exitibus et pertinentiis. que mihi fulconi obuenerunt per patrem meum aut per uestram curiam ipsius archiepiscopatus aut alio modo. omnia plenum et uacuum ego qui supra fulco uobis Syro archiepiscopo uestrisque successoribus uendo. et possessionem cum dominio uobis trado. atque refutacionem facio. et dono In Integrum. Et faciatis exinde a presenti die uos et successores uestri qui supra archiepiscopus dominus Syrus quicquid uolueritis uos. sine omni mea contradicione qui supra fulconis et meorum heredum omniumque personarum per me. Per precium solidorum quinquaginta denariorum ianuensium quod mihi soluistis. et si plus ualet uobis dono atque concedo. et ius meum omne et accionem uobis concedo et transfere et mando. et uestre curie a qua accepi ab omni homine

defendere ego fulco una cum meis heredibus promitto uobis Syro archiepiscopo uestrisque successoribus et cui dederitis ad utilitatem uestre curie promitto. Quod si defendere non potuero. aut si subtrahere quesiero in duplum istius uendicionis penam componere promitto sicut erit meliorata in consimili loco. et pro ista pena dupli obligo uobis omnia mea bona pignori que habeo et habebo. In castro ciuitatis Janue in palacio feliciter. Millesimo centesimo. quinquagesimo septimo. exeunte mense iulii. indicione iiii.

Signum manus fulconis hanc cartulam uendicionis et refutacionis et donacionis fieri rogauit. et de solidis quinquaginta quietum se uocauit. Testes. presbiter iohannes salterane. et presbiter rainaldus sancti siluestri. et presbiter gigorius archiepiscopi. et presbiter iacobus. et michaelis diaconus archiepiscopi. Marchio iudex. Oglerius danese. marinus archiepiscopi.

RENOUATUM EST ET ALIBI SCRIPTUM.

Placuit atque conuenit inter dominum Syrum Januensem Archiepiscopum. et Anselmum calderarium filium quondam Guidonis de morta. Idem dominus Syrus Archiepiscopus dedit medietatem unius tabule terre domnicate eiusdem archiepiscopi et sancti Syri. Prefato anselmo calderario et suis heredibus ad tenendum et mansionem super ipsam terram faciendum usque ad uiginti nouem annos expletos. et in ea habitandum. et quicquid fuerit ei necesse faciendum. et est ista medietas tabule istius terre ipsius archiepiscopatus prope ecclesiam sancti laurentii. Cui coheret. ab una parte de antea uia. de retro domus uasalli gambalixe que est supra terra domnicata archiepiscopatus. a tercia parte trexenda. a quarta parte uero edifitium guigle picene quod est similiter supra terram curie archiepiscopi. Infra istas coherentias una cum accessionibus suis et ingressibus istam terram dedit dominus Syrus archiepiscopus ut supra legitur eidem anselmo calderario In Integrum. Ea racione.

quod idem anselmus et suus heres debet habere et detinere. et super ipsam terram mansionem construere. et inhabitare. et quicquid fuerit ei oportunum facere usque ad annos uiginti nouem completos. et persoluere exinde debet singulis annis per omnem natiuitatem domini denarios sex denariorum ianuensium eidem archiepiscopo et suis successoribus. sine omni contradicione eiusdem archiepiscopi suorumque successorum. Et dominus archiepiscopus et sui successores suprascripto Anselmo et suis heredibus quiete sibi detinere istam terram promittere debent. Alia super imposita eis non fiat. Penam uero inter se posuerunt. ut si archiepiscopus uel successores sui istam terram anselmo uel suo heredi usque ad completos uiginti nouem annos istam terram sibi abstulerint. aut supradictus anselmus uel suus heres istam terram infra istum terminum dimiserit. et denarios. vi. nomine pensionis exinde per omnem annum in natiuitate domini archiepiscopo et suis successoribus non soluerit. et completis istis uiginti nouem annis si de tenenda ista terra non se conuenerint. et idem anselmus si uendere uoluerit edificium. et per tale precium quale de alio homine habere poterit archiepiscopo et suis successoribus non uendiderit et tradiderit. tunc componat pars parti ille que ut supra dictum est non obseruauerit. penam solidorum quadraginta. et si per anselmum steterit quod ita non adimpleat. quod terram amittat. Si uero dominus Syrus uel successores sui noluerint edificium emere ut dictum est. quod Anselmus et suus heres possit transferre edifitium ubi uoluerit. et ita inter se conuenerunt. In camera archiepiscopi feliciter. Millesimo centesimo. quinquagesimo octauo. intrante mense iunii. indicione vi.

Signum manus archiepiscopi Syri hanc cartulam conuenientie fieri rogauit.

Testes. Enricus iudex. Oglerius danese. Ansaldus de solfaro. Ferrarius de medolico. Ansaldus de carmadino. Albericus de archiepiscopo.

DE REFUTACIONE TERRE SANCTI OLAXI.

Cartula finis et refutacionis nec non donacionis quam facimus nos Orcoita filia quondam oberti falle monache. et Opizo atque Wilielmus filii eius. et filii quondam Ansaldi sardene. quod professi sumus nos mater et filii ex nacione nostra lege uiuere romana. Vobis domino Vgoni Januensi archiepiscopo et uestris successoribus. Nominatiue de omni iure et racione quod nobis matri et filiis obuenit aut pertinere nobis potest per successionem aut obligationem. aut mihi orcoito pertinet uel obuenit aut obuenire potest per dotem uel antifactum siue terciam. aut quolibet alio modo nobis matri et filiis contigit aut obuenit uel nobis potest contingere in terra sancti olaxi et in omnibus (*sic*) et exitibus suis et pertinenciis. similiter et in molendino nouo suprano de muroallo. omnia que nobis Orcoito et filiis suis Opizoni et Wilielmo sardene aliquo modo pertinet uel pertinere potest in ista terra sancti olaxi et in molendino nouo de muroallo suprano et pertinentiis istius terre. Nos mater et filii uobis domino Vgoni Archiepiscopo refutamus. et finem et donacionem pro archiepiscopatui uestro per omnia facimus atque concedimus. Quod amodo nos mater et filii. Orcota et Opizo atque frater eius Wilielmus sardena. uel nostri heredes. aut aliqua persona per nos aduersus uos quem supra dominum Vgonem archiepiscopum uel aduersus successores uestros aut contra aliquam personam pro archiepiscopatu ianue aut cui dederitis pro utilitate archiepiscopatus et suprascripta terra sancti olaxi et pertinenciis. aut ex isto molendino nouo de muroallo suprano aliquo modo inferre molestiam uel requisitionem inde facere non ualeamus. set exinde taciti et contenti permaneamus. Insuper si quid iuris uel racionis in molendino isto nouo de muroallo suprano uel in terra sancti olaxi et pertinenciis habemus quolibet modo uobis domino archiepiscopo Vgoni nomine Archiepiscopatus ianue donamus atque concedimus. et accionem inde

uobis mandamus ad intendendum pro archiepiscopatu ianue uestro contra omnes personas in defensione uestra habendum. Si uero hoc facere presumpserimus uel molestiam aut requisitionem aliquo modo ex molendino isto siue de terra sancti olaxi aut ex eorum pertinentiis nos uel nostri heredes aut aliquis per nos uobis aut uestris successoribus aut alicui pro archiepiscopatu fecerimus. et deinde taciti inde non permanserimus. tunc promittimus nos mater et filii Orcoita et Wilielmus et Opizo Sardena uobis domino Archiepiscopo et maistro anselmo stipulanti pro archiepiscopatu penam dupli requisicionis inde facte. et insuper lis inde facta non ualeat. In domo sardene feliciter. Millesimo. centesimo. sexagesimo VI. intrante mense marcio die VIIII. Indicione XIII.

Signa manuum Orcoite sardene et filiorum Opizonis et Wilielmi cartulam finis et refutacionis et donacionis fieri rogauerunt. Testes. Filippus lamberti. Vnricus (*sic*) iudex. Oglerius et ansaldus fratres nepotes opizonis sardene. Maister Anselmus. Oglerius danese.

LIBELLUS DE LEUAGI.

† CVM Cum Peto defensores sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus Obertus episcopus. Vti nobis dodus et Gisulfus germanis filiis Anselmi una cum uxores et filiis et heredibus eorum masculinis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit. unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus istis germanis mansum unum cum casa et omnibus ad eum pertinentibus iuris ecclesie uestre Sancti Syri. qui positus est in loco et fundo ubi dicitur crosa. Isto manso cum omnia que a se pertinere uidetur. plenum et uacuum. una cum exitu suo In Integrum. Nec non etiam petimus istorum dodorum (*sic*) et Gisulfi germanis. Id est medietate de capella una que est constituta in isto loco leualli. et est edificata in honore sancti laurentii cum medietas de omnia res que predicta medietas de iam dicta ecclesia pertinere uidetur

In Integrum. Item petimus istis germanis seruis et ancillis iuris ecclesie uestre. nomine eorum Guinezo cum filiis et filiabus suis. et Jouenale cum suis filiis et filie et filiarda cum sue filie et filiis. et Pipinus filius quondam Bertani et cum aliis filiabus qui de hinc in antea nascuntur. seu cum omne conquesta eorum. Et habeatis (*sic*) potestatem ipsis seruis et ancillis in seruitio mittere ubicumque uoluerimus. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem denarios quatuor. Spondimus in dei nomine atque promittimus istis rebus meliorare. et istis seruis et ancillis gubernare. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successores uestros per unumquemque anno inferre. Quod si minime fecerimus de quod superius promittimus. tunc liceat uos istis rebus introire. et istis seruis et ancillis apprehendere. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Vnde sic placet hec peticio nostra manibus nostris tradere iubeatis. et a testibus roboratum. Facto petitorio mense iunio. Indicionis quintedecime. Millesimo. Sexagesimo. Octauo (*). Indicione ista feliciter.

Ego Obertus episcopus in hunc libellum subscripsit (*sic*).

† In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules. Wilielmus crispinus. Fredenzonus gontardus. Philippus Bonefacii. Rogerius iuste. laudauerunt quod suprascriptus libellus eam uim et auctoritatem teneat quam uetus ad cuius hunc transcribere fecerunt ex suo officio. admissa postulacione rationabili domni Hugonis Archiepiscopi. quapropter nimiam uetustatem et antquitatem deperire poterat antiquus. et sic ecclesia iure suo carere. quia igitur talibus suam auctoritatem speciali interponere iuramento tenebantur. ipsum libellum hic transcribi iusserunt secundum tenorem uetustioris. nihil addito uel deprompto. laudantes ueluti pregegitur. Millesimo. centesimo. Septuagesimo secundo. decima die exeuntis nouembris. Indicionis quinte.

(*) L'indizione 15.ª (genovese) non correva già nel 1068, ma nel 1078. Leggasi pertanto: *Millesimo septuagesimo octauo.*

DE ECCLESIA SANCTI MICHAELIS.

Ecclesie archangeli michaelis quam uenerabili canonice Sancti Rufi nuper commisimus conseruandam. Nos Syrus Januensis ecclesie archiepiscopus centum tabulas terre de predio ecclesie Sancti Syri in uilla sancti petri de arena tradendo obtulimus. et ad eiusdem ecclesie utilitatem illas quousque in prefatam ecclesiam canonice et regulariter degerint sine alia condicione decernimus obtinendas. nos quoque nostrosque successores perhenniter auctorizantes. Quod si canonice et regulariter in predictam ecclesiam stare neglexerint. ecclesie nostre Sancti Syri illas reuerti iubemus. Millesimo CXLV. mense iulii. indicione VII.

Data in capella Sancti Gregorii. Gyrardo eiusdem ecclesie preposito pro ecclesia existente.

LIBELLUS BERTE UXORIS FABIANI DE FONTANEGLI.
TANTUM IN UITA EIUS.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus Syrus ianuensis ecclesie Archiepiscopus. Vti mihi berte quondam fabiani uxori dum uixero. Titulo condicionis locare mihi iubeatis. Petimus in dei nomine locum unum qui fuit fabiani uiri mei positum in fontanegi et uocatur Pastenus. cum castaneto iusta illum posito. quod profiteo fuisse comperatum a famulis uestris Sancti Syri. et cum aliis rebus quas in eadem uilla ab famulis comparauit. Spondeo in dei nomine illam terram meliorare et colere. et per unumquemque annum denarium unum Januensem inferre ecclesie uestre. Post obitum meum reuertatur ecclesie uestre cuius est proprietas. Testes. Raimundus crispinus. Jonathas frater eius. Ansaldus de marchione nigronis. Albertus frater eius. Alexander hyconomus.

Millesimo CXLV mense augusti indicione VII.

LIBELLUS DE MOLENDINO NOUO DE MEDOLICO.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie Sancti Syri. Vti nobis Oberto rufo et filiis meis. Otoni bono. Bono iohanni. Enrico. nostrisque heredibus. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus terciam porcionem molendini noui de cantone iuris ecclesie Sancti Syri qui positus est in medolico. quam debemus nostro proprio dispendio facere. Spondimus in dei nomine in molendinum introire. et pensionem capunorum duorum et quartum tocius introitus huius tercie porcionis curie singulis annis inferre. Completis igitur xxviii annis. liceat curie molendinum cui uoluerit locare. Actum in palacio ianuensis archiepiscopi in castro. Alexandro hyconomo auctorizante. Testes. Boiamonte de odone. Philippus de lamberto. Obertus sulpharus. Oglerius danesius. Ribaldus scriba. Anselmus cauponarius. Arnulfus. et reliqui plures.

Millesimo cxlv. mense augusti indicione vii.

LIBELLUS DE MEDOLICO DE DONNULA.

Cvm Cum Peto a defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus Syrus ianuensis archiepiscopus. Vti mihi donole uxori quondam pagani et filio meo iohanni diebus uite nostre. Titulo condicionis dominus Syrus archiepiscopus eidem donole et eius filio iohanni in uita eorum. et non ad alias transgredientes personas. dedit terram archiepiscopatus una cum molendino. et cum domo. et uinea. et ficis. et castanetis. aliisque arboribus super habentem. que est posita in uilla medolici. et locus iste habet coherentias. a tribus partibus uia. a quarta uero parte terra filii crespi. Infra istas coherentias istum mansum et molendinum cum suis accessionibus et exitibus istius loci. et castanetis. sicut quondam ipsa donola et maritus eius tenebat. dominus Syrus archiepiscopus eidem donole et filio eius

in uita illorum ad tenendum dedit. et usufructuandum omnia plenum et uacuum. et non ad alias transgredientes personas In Integrum. Ea ratione. ut amodo donola et iohannes filius eius. tantum diebus uite illorum. hanc terram et molendinum debent habere et detinere et de fructibus ipsius terre quicquid uoluerint facere sine omni contradicione ipsius archiepiscopi suorumque successorum. ita ut per eos melioretur et non peioretur. et persoluere exinde debent de terra et molendino de cerro prenominato de porcione Archiepiscopi. que est sextadecima pars super totum. singulis annis per omnem natiuitatem domini pensionem denarium unum ianuensium denariorum. dato et consignato archiepiscopo et suis successoribus atque illorum missis per eos. Et quia contentio erat de suprascripta terra et molendino inter archiepiscopum et donolam. quam Archiepiscopus ab ea et a filio pro libellaria exigebat. unde tandem per transaccionem finierunt. ita quod donola cum filio pro archiepiscopo terram istam ad usus fructuandum cum molendino diebus uite illorum detineret. ad fictum unius denarii per annum. et archiepiscopo pro hac conueniencia et fine solidos triginta dederunt. Archiepiscopus uero donolam per se et per filium de supradictis rebus ut supra decernitur ad tenendum inuestiuit. Aliam super impositam uel iniuriam et terram tollere. soluta tamen pensione. eis facere Archiepiscopus forciam non debet. neque sui successores. et si donola et eius filius ut supra repromiserunt Archiepiscopo non adimpleuerint. quod liceat sibi suisque heredibus uel successoribus in terram introire et quicquid uoluerint facere. Actum in camera Archiepiscopi feliciter. donola uero per se et per filium de terra et molendino inuestitionem suscepit. Millesimo centesimo quadragesimo octauo. mense Aprelii intrante. indicione. x. Testes. Vgo iudex. Fulco strictus. Petrus iudex. Amicus de morta. Girardus gastaldio. Anselmus de archiepiscopo. Oglerius danese.

LIBELLUS MANFREDI DE OLIUA.

Peto defensoribus sancte Januensis ecclesie ubi preest dominus Syrus ianuensis Archiepiscopus. Vti mihi mainfredo filio quondam iohannis una cum filiis et filiabus et heredibus meis. aut cui nos dederimus. Titulo condicionis nobis locare iubeatis. peto domum unam iuris ecclesie Sancti Syri que est in ciuitate Janua. prope ecclesiam sancti Laurentii. Coheret ei. ex uno latere domus lamberti porci. ex alia anselmo gotizonis. de super domum lamberti porci. ante uia publica. Et spondeo atque promitto dare denarium unum nomine pensionis. Pro qua siquidem domo recepit ipse Domnus Archiepiscopus ab eodem manfredo libras uiginti denariorum ianuensium. Et habeat ipse mainfredus et heredes eius liberam potestatem faciendi de predicta domo quicquid uoluerint. sine contradicione domini archiepiscopi et successorum suorum. Ita tamen quod si uendere eam uoluerit non uendat eam nisi archiepiscopo. si illud iustum precium inde sibi dare uoluerit quod ab alio inde habere poterit. et pro anima sua non possit eam alicui ecclesie dare nisi Archiepiscopo. Et promisit archiepiscopus per se suosque successores istam domum ab omni homine eidem manfredo suisque heredibus aut cui ipsi dederint defensare. et nullam accionem uel requisicionem inde sibi facere. Quod si fecerit penam dupli sibi promisit. Actum in palacio Archiepiscopi. millesimo CXLVIII. mense augusti. indicione. X. Testes. Oto iudex. Guido de laude. Rainaldus gobus. Wilielmus piperata. Marchio iudex. Conradus porcellus. Obertus conca. Wilielmus blancus. Ansaldus ferrarius. Johannes filius Wilielmi de ansaldo. Obertus de gotizone.

DECIMA ECCLESIARUM DE SORI.

QUOD IN NATALE DEBENT PERSOLUERE SOLIDOS. XII.

In capella Archiepiscopi. Ogerio guidonis arbitro in causam existente. Domnus Syrus Januensis Archiepiscopus. presente hyconomo suo Alexandro. tam per se quam per successores suos. locauit totam suam decimam olei tocius plebis de Sori. Rubaldo archipresbitero eiusdem plebis et aliis capellis suisque successoribus. ut de omnibus illis decimanis sue plebis de quibus ipse Archipresbiter et uasalli Archiepiscopi pro Archiepiscopo sunt soliti accipere pro decima. uinum. ficus. et blauam. de illis simili modo consensu Archiepiscopi. Rubaldusque archipresbiter siue successores sui deinceps accipiant olei decimam. Ita tamen ut singulis annis Archipresbiter Rubaldus siue sui successores uel eorum missi inferant curie archiepiscopi seu suis missis pro eadem decima. solidos denariorum Janue duodecim. cum capellis. in natiuitate domini. Penam uero inter se posuerunt. Quod si domnus Syrus Januensis Archiepiscopus uel eius successores hanc decimam huic plebi et capellis sicut supra legitur locatam minuere seu auferre aliquo modo temptauerint. uel impeditam expedire negauerint. uel si Rubaldus archipresbiter uel sui successores solidos duodecim singulis annis curie archiepiscopi non intulerint et assignauerint ut supra legitur. minus proficiens alteri inferat libras decem denariorum ianuensium. Testes. Anselmus gotizonis balbi. Bernardus papiensis. Rainerius de allis. Presbiter Andreas de bauali. Curadus de rozo. Rubaldus de rozo. Michel de marasi. Oto de cellis. Millesimo. centesimo. quadragesimo nono. Tertio idus ianuarii. Indicione undecima.

LIBELLUS MOLENDINI SANCTI MICHAELIS DE LAUANIA QUOD DEBENT FACERE RUSTICI.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro (*sancte*) ecclesie Sancti Syri Januensis ubi preest dominus Syrus ianuensis archiepiscopus. presente iconomo eius Alexandro. Vti nobis lanfranco et iohanni germanis filiis quondam petri de oliua. et Ramusino et Oliuerio fratribus suis quondam martini clerici famulis Sancti Syri. nostrisque filiis masculinis usque ad annos uiginti nouem expletos. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus in dei nomine tantam terram iuris ecclesie uestre Sancti Syri. que est lauanie. loco ubi dicitur insula Sancti Syri. iuxta flumen grauegne. in qua possimus edificare molendinum unum. et facere clusas. et aque ductus. et alia opera molendino pertinentia. Ita tamen quod ad presens triginta solidos denariorum Januensium nobis tribuere faciatis. iuuantes uos in eius constructione. et nos deinceps inferamus curie Januensis Archiepiscopi uel suis missis medietatem molture et medietatem godimenti de eodem molendino. Item nos singulis annis pro nostra portione dabimus curie archiepiscopi uel eius missis duas gallinas ad natale domini. Debemus enim nos qui supra hoc molendinum edificare. et facere in eo quicquid opus fuerit. absque dispendio curie. preter illos solidos triginta quos a curia accepimus. et preter medietatem de ferramentis eidem molendino pertinentibus. et preter medietatem de molis quam dabit nobis curia cum fuerit necesse ipsi molendino. Expletis uero his uiginti et nouem annis. nos qui supra ueniemus ad curiam Januensis Archiepiscopi ut ipse nobis et filiis nostris masculinis hunc renouet libellum. Ita tamen quod tunc pro restitutione libelli dabimus curie solidos denariorum Januensium quatuor. Promittimus enim nos qui supra molendinum edificare pro ut melius potuerimus. et quos supra diximus redditus curie inferre. Quod si minime fecerimus. hoc libello frustrato. molendinum redeat

in ius et potestatem ecclesie Sancti Syri cuius est dominium. Vnde si placet hanc nostram petitionem et hoc libellum scriptum nobis contradere iubeatis. et alium simile a nobis factum testibusque roboratum pro munimine uestre ecclesie tradimus conseruandum. Actum in camera archiepiscopi feliciter. Testes. Presbiter melior de lauania. Bardoni clericus. Bernardus papiensis. Obertus diaconus.

LIBELLUS PANDULFI DE NICOLA MEDICO. DE SANCTO PETRO DE ARENA.

✝ In christi nomine. placuit atque conuenit inter donnum Syrum Januensem Archiepiscopum. et mabiliam filiam cunizonis per ipsum patrem suum et missum suum. ut in dei nomine daret. sicut et a presenti dedit ipse dompnus Archiepiscopus Syrus. domum unam que est iusta domum pandulfi medici libellario nomine in uita prefate mabilie et filiis et filiabus suis. pro libris undecim quas ei dedisti. ad fictum censumque reddendum denarios tres singulis annis denariorum Janue. Actum in camera noua Archiepiscopi. Millesimo CXLVIII. Mense iunii. indicione x. Testes. Augustinus canonicus sancti laurentii. Gandulfus rauece. Conradus de uerzi. Opizo de castel bernardu. Obertus de bono homine.

LIBELLUS GIRARDI DE MORELLA DE MEDOLICO.

Cvm Cum Peto defensoribus sancte Januensis ecclesie. Vbi preest donnus Syrus Januensis Archiepiscopus. presente hyconomo eius Alexandro. Vti mihi Girardo de morella filio quondam iohannis. meisque heredibus usque ad annos xx nouem expletos. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus in dei nomine totum hoc plenum et uacuum quod tenuit iohannes de leda. loco ubi dicitur morella. cum tota sua parte molendini de cerro. Quicquid predictus iohannes in morella seu in molendino tenebat petimus In Integrum. Quod spondimus colere et meliorare. Ita tamen ut inferamus uobis

et successoribus uestris singulis annis nomine pensionis ad natale domini spatulam unam de porco. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. uel si ex hoc aliquid ecclesie Sancti Syri subtrahere quesierimus. tunc. hoc libello inualido. redeat in ius et potestate ecclesie Sancti Syri cuius est dominium. Vnde si placet hanc nostram peticionem et libellum hunc scriptum nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum testibusque roboratum pro munimine uestre ecclesie tradimus conseruandum. Actum in camera Archiepiscopi feliciter. Testes. Presbiter iohannes sancti donati. Presbiter girardus. Ribaldus de sigestro. Obertus diaconus. Millesimo centesimo quadragesimo nono. Sexto nonas Marcii. Indicione Vndecima.

CARTULA ROLANDI DE STELLA.

Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi Millesimo CXLVIII mense aprilis indicione XI (*). Cum Cum peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie Sancti Syri. Vbi preest domnus Syrus Januensis ecclesie archiepiscopus. Vti mihi Wilielmo de padragio meisque heredibus aut cui dederimus uel locauerimus. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus in dei nomine domum unam positam in burgo ciuitatis iuris eiusdem ecclesie. Cui coheret. ab una parte domus filiorum quondam rainaldi de stella. Ab alia domus bellicari. Retro trexenda. Ab quarta uia publica. infra istas coherentias petimus In Integrum. Faciendum exinde a presenti die quicquid uoluerimus sine omni uestra uel successorum uestrorum contradicione. Ita tamen ut inferamus uobis et successoribus uestris singulis annis per censum denarios tres Januenses. Penam uero inter se posuerunt. quod si dompnus archiepiscopus uel eius successores de hac domo aduersus Guilielmum uel suos heredes aut cui dederint uel loca-

(*) Qui l'anno *dell'incarnazione* è lo stesso che l'anno comune; giacchè l'indizione 11.ª (cesarea) appartiene realmente al 1148.

uerint agere attemptauerint. saluo tamen censu. aut si ipse uel eius heredes aut cui ipsi dederint prediffinitum censum singulis annis non prestiterint. Dompnus Archiepiscopus penam librarum xxx. et Wilielmus penam ipsius domus uicissim sub stipulacione unus alteri promisit. Actum in palacio Januensis archiepiscopi feliciter. Testes. Alexander eiusdem ecclesie hyconomus. Tanclerius filius alde de maurone. Amicus golia. Bonifacius de morella. Oglerius frater eius.

LIBELLUS PLEBIS DE NERUI. XXVIIII. ANNORUM.

Ego Syrus Januensis ecclesie Sancti Syri rector et archiepiscopus loco tibi iohanni de costa Archipresbitero plebis Sancti Syri de nerui tuisque successoribus tanquam colonis terram unam iuris ecclesie positam in nerui. Cui coheret. ab duabus partibus uia. Ab alia terra nostra que fuit . . . . . (*lacuna*). Desuper terra similiter nostra. Infra istas coherentias tibi tuisque successoribus loco In Integrum. Ita tamen quod tu tuique successores debent hanc terram bene colere. et singulis annis medietatem tocius fructus. et pro pensione condicionaliter solidos quatuor denariorum Januensium. et spallas porci duas. et pastum personis quatuor nostre curie inferre. Preterea spondeo me meosque successores nullo tempore hanc terram auferre. uel aliquid proponere. aut aliquam uiolentiam inferre sub pena librarum . . . sub stipulacione promissa. At tamen si bene hec culta non fuerit aut male laborata. labor et cultus arbitrio duorum hominum curie nostre resarciatur ecclesia de nerui terram sub hac conditione obtinente. nullo alio grauata periculo. Similiter si archipresbiter uel sui successores sicut pactum est non obseruauerint. penam librarum. x. sub stipulacione domino Archiepiscopo promisit. Actum in camera domini Archiepiscopi feliciter. Testes. Oto bonus uicecomes. Merlo consanguineus eius. Obertus sulpharus. Balbo de curia. Obertus cancellarius. Millesimo. CL. mense marcii. indicione XII.

LAUS RAINALDI GOBI.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules. Ansaldus spinula. Anselmus de caphara. Boiamonte de odone. laudauerunt quod donnus Syrus Januensis Archiepiscopus deinde habeat et possideat sine contradicione Sibilie uxoris Rainaldi gobi. et ipsius Rainaldi. omniumque personarum per eos. Nominatiue totam illam terram de nerui quam Rainaldus acquisiuit ab Baldeto et consortibus. de qua inter eos fuerat controuersia. exceptis solidatis xv que sint eiusdem Rainaldi infra predictum locum. Hanc laudem ideo fecerunt quia cognouerunt testibus et confessione Rainaldi terram illam antiquitus fuisse libellariam. et cunctam pensionem pro eadem terra ecclesie sancti Syri fuisse prestitam. attamen prescriptionem annorum xl que ecclesiis obiicitur (*) se tueri proponens. testes inde produxit. quorum attestationibus prelectis et uisis. et e contra productis domini archiepiscopi. tam de solutione pensionis huius terre quam de libello quo hec pensio significabatur cum ius archiepiscopi super hoc pocius uideretur. illum in causam ut prediffinitur obtinere decreuerunt. Nam Robertus iudex pro ipsis procurator extitit. qui sepe nunciis et litteris citatus. imo prima uoce commonitus. coram ipsis uenire contempsit. et ideo laudauerunt ut prediffinitur. Preterea prescriptus Baldetus et consortes absque iussu Archiepiscopi Rainaldo (*per*) proprietatem terram uendiderat. penitus negata et innominata pensione. et ideo sicut legibus promulgabatur. cum triennii spacio pensionem non exhibuerant. et furtim illam subripuerat. laudauerunt ut supra.

Millesimo. cl. secundo die intrante septembris. indicione. xii.

(*) Si accenna alla disposizione della legge antipenultima del libro vii del codice di Giustiniano, la quale trovasi riportata nel presente volume.

DE TERRA DE BISANNIO QUE EST IUXTA TERRAM IOHANNIS BARCA.

† Placuit atque conuenit inter dominum Syrum Januensem archiepiscopum et Oliuerium filium Boni senioris de maraxi. quod ipse dominus Syrus Januensis archiepiscopus dedit eidem oliuerio et heredibus eius ad habendum et tenendum a presenti die in perpetuum peciam unam terre iuris ecclesie sancti sili. que terra posita est iuxta fluuium qui dicitur bisannis. Cui terre triangule coheret. ab una parte predictus fluuius. Ab alia terra Rata pecore et iohannis barce usque ad clusam molendini de barca. A tercia parte uia publica que est inter ipsam terram et terram Guidoti de palazolo. Quam predictam terram prenominatus archiepiscopus tali pacto dedit predicto Oliuerio. quod ipse debet eam pastenare de canneto uel de uinea. aut de quibus arboribus uidebitur esse melius. Et de pasteno quod ibi faciet nichil dare debet usque ad duos annos expletos. Post duos uero annos debet ipse Oliuerius et heredes eius reddere inde singulis annis medietatem supra memorato Archiepiscopo aut eius successoribus. Et si predictus archiepiscopus eiusue successores uoluerint ibi facere molendinum. licebit eis. eo tamen tenore. ut ipsum molendinum nulli alii tribuant ad tenendum uel custodiendum nisi predicto Oliuerio et eius heredibus. si uoluerint dare inde tantum curie quantum ab alio rationabiliter posset habere. Et si predictus Oliuerius heredesue eius non obseruauerint ut ipse superius promisit. aut si predictus Archiepiscopus eiusue successores predictam terram eis abstulerint. et ab omni homine non defenderint. aut eis inde super impositam seu molestiam fecerint. uel ipsam terram alicui uendiderint. aut aliquo alio modo obligauerint ita quod predictus Oliuerius aut heredes eius amittant supradictum ius. pars illa que noxia fuerit et culpabilis debet dare alteri parti pactum seruanti ducentos solidos denariorum Janue. ex utraque parte nomine pene sub stipulacione promissos. et insuper si culpa ex parte coloni fuerit. debet ipsam terram perdere.

Actum Janue. In ecclesia sancti Gregorii. Millesimo centesimo. quinquagesimo secundo. v. nonas Marcii. Indicione. xiiii.

Prenominatus archiepiscopus et Oliuerius hoc instrumentum ut superius legitur scribere rogauerunt. patre ipsius Oliuerii presente et consentiente. Presbiter Albertus de molazana. Obertus sulfur. Ogerius danese. Obertus de petro magistro. Johannes filius bernardi magistri. et Marinus de nerui rogati sunt testes.

LIBELLUS DE BURGO.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest domnus Obertus episcopus. Vti nobis petro de nicola una cum filiis nostris. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus tabulas duas de terra iuris ecclesie Sancti Syri que est posita in loco burgo nouo. Coherenti eius. ab uno latere terra Johannis qui dicitur bisxola. Ab alio latere mansione carbonis. A tercio latere mansione de contana. Ab alio latere uia publica. Infra ista coherentias omnia et in omnibus petimus una cum exitu suo in integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris exinde pensionem per unumquemque (*annum*) denarios. ii. et potestate nostra et heredibus nostris donare et uendere et per animas iudicare. Spondimus in dei nomine atque promittimus in suprascripta terra introire et laborare et meliorare. et pensionem ecclesie uestre per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successores uestros in suprascripta terra introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiorum nostrorum in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde si placet hec peticio nostra. et hunc libellum factum et manus uestra firmatum et alium simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie uestre tra-

dimus conseruandum. Facto petitorio mense septembris. indicione. xii. Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi. Millesimo quinquagesimo. viiii. Indicione suprascripta feliciter.

Ego obertus episcopus in hoc libello subscripsit (*sic*).

DE BURGO.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest domnus obertus episcopus. Vti nobis suplicie abbatissa una cum nostris sucetricibus abbatissis. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus res iuris ecclesie uestre Sancti Syli qui posita est in burgo Januensis iusta domocolta domnicata iusta uia publica. de alio latere casa de iohannes bixola. de aliis duabus partibus terra ipsius Sancti Syri. et est pro mensura iusta a pedes domni liprandi rex. tabulas duas. Infra istas coherentias omnia in integrum petimus. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem denarii duos. Spondimus in dei nomine atque promittimus in suprascripta res introire et meliorare. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris (*in suprascriptas res*) introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Vnde sic placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. Facto petitorio mense augusti. Indicione decima. Anni ab incarnacione domini nonostri ihesu christi. Millesimo quinquagesimo. vii (*). Indicione suprascripta feliciter.

Obertus episcopus in hoc libello subscripsit.

(*) Anche qui l'anno *dell'incarnazione* è confuso coll'anno comune; giacchè l'indizione 10.ª correva realmente nell'agosto del 1057.

DE PLEBE LAUANIE.

Placuit atque conuenit inter dominum Syrum Januensem Archiepiscopum. Nec non et inter Presbiterum Meliorem Archipresbiterum ecclesie sancti stephani lauanie. et Johannem presbiterum. et Albertum presbiterum. et alios eiusdem plebis. Idem Dominus Syrus Archiepiscopus. ad fictum et censum dandum libellario nomine. Dedit Archipresbitero et presbiteris ipsius ecclesie plebis sancti stephani. in perpetuum. Nominatiue omnes illas terras quas hodie curia ipsius Archiepiscopi uel idem Archiepiscopus pro Archiepiscopatu habet infra plebegium lauanie. Videlicet. in loco uenneri que fuerunt Gisle monache de petra colexi. Similiter ad fictum dandum libellario nomine dedit eis dominus Syrus archiepiscopus duas quartas. que decima nuncupatur. una quarta est in leui. et alia ex istis quatuor est in roboreto. Istas terras curie archiepiscopi quas hodie habet archiepiscopus in loco uenneri que fuerunt gisle monache de petra colexi una cum istis duabus quartis. scilicet que decima nuncupatur. una quarum est in leui et alia est in roboreto. dedit ecclesie sancti stephani plebis prefate dominus Syrus Archiepiscopus ad habendum tam iste archipresbiter meglor et alii presbiteri et clerici ipsius ecclesie. et eorum successores. sine omni contradicione ipsius archiepiscopi et suorum successorum. et detinendum quiete sicut superius legitur In Integrum. Et supradictus archipresbiter lauanie et presbiteri et clerici ipsius plebis sancti stephani et eorum successores exinde debent singulis annis domino Syro archiepiscopo et successoribus suis per omnem annum die Kalendis ianuarii barilem unam olei de libris triginta. et solidos sex denariorum Janue. dando et consignando eidem archiepiscopo et successoribus suis istam barilem olei in kalendis ianuarii. una cum solidis sex denariorum. et ita inter se conuenerunt. Penam uero inter se posuerunt. ut si dominus archiepiscopus uel successores sui prefate ecclesie

plebis sancti stephani auferre quesierint. aut si presbiteri ecclesie sancti stephani lauanie et eorum successores ita ut supra legitur non adimpleuerint. tunc componant pars parti ille qui obnoxius fuerit penam librarum uiginti quam inter se uicissim promiserunt et stipulati fuerunt. Similiter si presbiteri isti ut dictum est et eorum successores ecclesie plebis lauanie ut supra dictum est non obseruauerint. quod liceat domino Syro archiepiscopo et successoribus suis inter terras supradictas et decimas leui et roboreti introire et accipere sua auctoritate. et cui uoluerint dare. et hoc stetit inter eos. In camera Archiepiscopi feliciter. Millesimo. centesimo sexagesimo. exeunte mense madio. indicione VII.

Signum manus domini Syri Archiepiscopi hanc cartulam conuenientie fieri rogauit.

Testes. Archipresbiter Wilielmus. Presbiter iohannes salterane. et Albertus presbiter de uaira Archipresbiter. et Vasallus subdiaconus Sancti Siluestri. et Boiamundus de odone. Philippus de lamberto. Guido de laudo iudex. et Ansaldus centragus.

LIBELLUS ALLI DE MEDOLICO.

Placuit inter Dominum Syrum Januensem Archiepiscopum. cum consilio ordinatorum et sue curie rectorum hoc fecit. Nec non et inter Rolandum et fratres suos filios Allonis. consensu et uoluntate ipsius Allonis patris sui. Idem dominus Syrus Archiepiscopus dedit ipsis filiis Allonis ad detinendum usque ad annos uiginti unum. locum qui est in medolico qui uocatur marenedus una cum omnibus exitibus et pertinentiis suis. et similiter omnes alias terras quas idem allo tenebat per curiam ipsius archiepiscopi in eadem uilla medolici et in omnibus exitibus et pertinenciis eius. omnia plenum et uacuum istum locum qui nominatur Marenedus. cum exitibus et eius omnibus pertinentiis. una cum omnibus aliis terris quas allo pater eorum detinebat per curiam archiepiscopi in

medolico et pertinenciis et exitibus ipsius uille ad fictum censum dandum libellario nomine usque ad uicesimum unum annum dedit dominus Syrus Archiepiscopus ipsis filiis allonis. patre uolente. ad detinendum. quod nichil ipsi filii allonis dare uel reddere debent nisi per unumquemque annum in natiuitate domini libras tres minus denarios xii. Ipsi quidem filii allonis hunc locum et terras debent exinde detinere et laborare et colere. et meliorare et non peiorare. et has tres libras minus denarios xii in natiuitate domini Archiepiscopo suisque successoribus per omnem annum persoluere. et quando necesse fuerit curie archiepiscopi facere palos pro ordinandis clusis molendinorum suorum. quod homines archiepiscopi possint per unumquemque annum facere uiginti quinque palos super terram ipsius curie. Alia super imposita eis non fiat. Penam uero inter se posuerunt. ut si dominus Archiepiscopus uel successores eius eis iniuriam fecerint uel auferre has terras filiis allonis uoluerint. et si filii allonis ut supra legitur omnia non adimpleuerint. tunc componant pars parti ille qui obnoxius fuerit. uel si dimiserint hanc terram filii allonis infra hunc terminum. quod unus alteri componat solidos centum nomine pene quam uicissim inter se stipulati fuerunt. Insuper liceat domino Syro suisque successoribus in supradictam terram introire. et cui uoluerit dare. si filii allonis omnia ut supra legitur non adimpleuerint. et hoc inter se conuenerunt. In camera Archiepiscopi feliciter. Millesimo centesimo sexagesimo tercio. exeunte mense aprilis. indicione. x.

Signum manus domini Syri Archiepiscopi hanc cartulam conuenientie conscilio et ordinacione rectorum et sue curie ordinatorum. Archipresbiteri Wilielmi et Ansaldi golie. fieri rogauit.

Testes. Ansaldus aurie. Vgo maister sancte marie de uineis. Presbiter iordanus de reco. Ogleronus de insulis. Filippus notarius. Rubaldus baraterius. Rubaldus castagna. Guido.

DE RETINENDA UIA ET CLUSA AD MOLENDINUM DE BISANNIO.

Nos lambertus porcus et druda iugales qui uendimus terram besanii domino Vgoni Januensi Archiepiscopo et eius curie per Maistrum Anselmum ministrum ipsius curie. ita facimus uendicionem istius terre quod nos retinemus in nobis . . . . . (*lacuna*) unius pedis et medii sicuti terminata est. Et clusam unam molendino nouo que est inter duas pecias istius terre. sicuti ista nostra clusa est constructa superius et inferius. Et in pecia terre que est ex parte ianue. que est tabule quatuordecim minus quarta. similiter nos iugales lambertus et druda reseruamus nobis et consortibus nostris istius molendini noui. ut si amodo in aliquo tempore ex ista pecie terre fuerit necesse prefato molendino nouo quod edificamus. quod dominus Vgo Archiepiscopus et sui successores teneantur ex ista pecia istius terre dare et reddere tantum quantum fuerit necesse eidem molendino in extimacione extimatorum sicuti tunc temporis terra ista erit estimata. et hoc conuenimus inter nos quando uendimus terram in besanii curie archiepiscopi. Insuper si archiepiscopus uel sui missi per eum fecerint amblatorium super uiam istam nostram et super clusam hanc nouam nostram nostri molendini noui. quod ille amblatorium non possit nos uel nostros missos impedire ad faciendum libere omnia que uoluerimus et nostri missi in eadem uia nostra et in ista clusa quam retinemus in nos absque omni impedimento. In curia Archiepiscopi feliciter. Millesimo centesimo. Septuagesimo. Exeunte mense augusti die x. Indicione II. Testes. Oglerius porcus. Cunradus cuglarada. Wilielmus compater. Bonacursus filius eius. Facius caneuarius. Wilielmus uicecomes de porta. Albericus de archiepiscopo.

Lotarius diuina fauente clementia tercius Romanorum imperator. pius. felix. inclitus. triumphator. semper augustus. uniuerso populo.

Imperialis beneuolentie proprium iudicamus commoda subiectorum inuestigare, et eorum diligenti cura mederi calamitatibus. simulque publicum bonum statum ac dignitatem imperii omnibus priuatis commodis preponere. Quocirca omnium fidelium nostrorum tam futurorum quam presentium nouerit uniuersitas qualiter dum apud runcalias secundum aliquorum imperatorum consuetudinem pro iusticia ac pace regni componenda consederemus. omnia que ad honorem imperii spectare uidentur sollicite indagantes. perniciosissimam pestem et reipublice non mediocre detrimentum inferentem resecare proposuimus. Per multas etenim interpellationes ad nos factas didicimus milites beneficia sua passim distrahere. ac ita omnibus exaustis suorum seniorum seruitia sufugere per quod uires imperii maxime attenuatas cognouimus. dum proceres nostri milites suos omnibus beneficiis exutos ad felicem nostri nominis expeditionem minime transducere ualeant. Hortatu itaque et consilio archiepiscoporum. episcoporum. ducum. marchionum. comitum palatinorum. ceterorumque nobilium. simul etiam iudicum. hac edictali lege in omne euum deo propicio ualitura decernimus. nemini licere beneficia que a suis senioribus habent absque ipsorum permissu distrahere. uel aliquod comodum aduersus tenorem nostre constitutionis excogitare. per quod imperii uel dominorum minuatur utilitas. Si quis uero contra saluberrime nostre legis precepta ad huiusmodi illicitum commercium accesserit. uel aliquid in fraudem legis machinare temptauerit. precio ac beneficio se cariturum agnoscat. Notarium uero qui super tali contractu (*libellum*) uel aliud instrumentum composuerit post amissionem officii infamie periculum sustinere sanctimus. Data sexto die mensis nouembris. indicione. xv. Anno dominice incarnacionis. Millesimo centesimo. xxxvi (*).

(*) La presente costituzione trovasi ripetutamente inserita nel *Registro Arcivescovile*; cioè al foglio 83 (V. pag. 155), ed al foglio 174 con pochissime ed inconsiderevoli varianti.

LAUS CONTRA HOMINES SANCTI ROMULI
DE RECIPIENDIS MISSIS CURIE ET HONORIFICE PROCURARE.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Ardoinus comes lauanie. Rolandus guaracus. Ogleronus de insulis. Guilielmus uentus. Rolandus cegii blanci. Pares curie domini Vgonis Januensis Archiepiscopi. Aput sanctum romulum inter eundem Archiepiscopum Vgonem et homines Sancti Romuli iudices constituti. Per sententiam laudauerunt et comuniter pronunciauerunt ut quocienscumque placead domino Vgoni Januensi Archiepiscopo suisque successoribus honorabiles personas tam clericos quam laicos sua uice apud sanctum romulum destinare. uice eiusdem Archiepiscopi ab eisdem sancti romulensibus de cetero recipiantur in placitis et in negociis tractandis. et specialiter iudicauerunt et laudauerunt ut prefati sancti romulenses per octo dies uiandam semel in anno. sicuti consueuerunt dare domino Archiepiscopo quociens illuc peragebat. eisdem curialibus honorifice tribuant. Ita tamen ut raciones domini Archiepiscopi et eius curie per hanc laudem non minuantur. Hoc ideo fecerunt quoniam Archidiaconus Bonifacius Sancti Laurencii et Maister Anselmus tanquam hyconomus curie Archiepiscopi et Guido laudensis iudex coram illis hanc questionem proponerent. et ipsi sancti romulenses tam consuetudine quam pluribus allegationibus se defenderent. tandem prefati iudices ex parte curie domini Archiepiscopi manifestas et apertas raciones et etiam consuetudines audientes et multorum iudicum et sapientum uirorum freti conscilio. legibus etiam scriptis muniti. ut supra comuniter decreuerunt. Millesimo centesimo Septuagesimo primo. Intrante Mense februarii. indicione III. Testes. Archidiaconus Bonifacius Sancti Laurencii. Presbiter Guiscardus curie Archiepiscopi. Maister Anselmus canonicus Sancti Laurencii. Bonus uasallus blancus canonicus. Johannes clericus Archiepiscopi. Maister rainaldus. Guido

laudensis iudex. Oglerius danesius. Facius caneuarius. Girardus curie domini Archiepiscopi (*).

DE PLEBE UARIA.

Placuit atque conuenit inter dominum Syrum Januensem Archiepiscopum. Necnon et inter Archipresbiterum Albertum ecclesie plebis Sancti Johannis de uaira. et ubi sunt presbiteri ipsius ecclesie. Vgo presbiter et girardus presbiter. aliique clerici. Idest dominus Syrus archiepiscopus dedit prefato Archipresbitero Alberto et aliis presbiteris et clericis ipsius ecclesie sancti iohannis. nomine ipsius ecclesie. in perpetuum. ad fictum censum dandum libellario nomine. Hoc est due partes tocius terre quas idem Archiepiscopus habet et eius curia in loco qui nominatur monaxile et casaleto atque in lazaria. et in eorum pertinentiis que sunt infra plebegium uarie. omnia plenum et uacuum in istis locis et lazarie atque casaleti et pertinentiis eorum. duas partes istarum terrarum dedit dominus Syrus Archiepiscopus eidem plebi sancti iohannis uarie In Integrum. Ea racione. quod Archipresbiter Albertus et alii presbiteri et clerici ipsius ecclesie sancti iohannis in perpetuum debent habere et detinere nomine ipsius ecclesie. et successores eorum. et laborare duas partes istarum terrarum. et facere in eis quicquid sibi oportunum fuerit. et pensionem dare. atque terras meliorare. sine omni contradicione eiusdem Archiepiscopi et eorum successorum. Et persoluere exinde debent singulis annis in omni octaua sancti andree per omnem annum solidos sex et denarios octo denariorum Janue. dando et consignando istum fictum et pensionem. sex solidos et denarios VIII. per omnem octauam Sancti Andree domino Archiepiscopo et successoribus suis. et hoc stetit inter eos. Penam uero inter se posuerunt. ut si dominus

(*) Il presente lodo si trova inserito in un atto del 29 gennaio 1220, col quale gli uomini di San Remo riconoscono di dover prestare parecchi servizi all'Arcivescovo di Genova, giusta le prescrizioni segnate appunto in esso lodo. Tale atto è pubblicato nel *Libro dei Giuri*, vol. I. N. DLVIII. col. 646.

archiepiscopus uel successores sui istam terram eidem ecclesie ab stulerint. aut si presbiteri ipsius ecclesie sancti iohannis sicut superius legitur non adimpleuerint. et successores eorum. tunc componant pars parti ille qui obnoxius fuerit penam librarum uiginti. Insuper quod liceat domino Syro Archiepiscopo et successoribus suis sua auctoritate in terram istam introire et cui uoluerint dare. si presbiteri ecclesie sancti iohannis uaire et successores eorum pensionem istam non soluerint. et ita ut supra dictum est non adimpleuerint. Factum est hoc in camera domini Syri Archiepiscopi. Millesimo. centesimo. Sexagesimo. calende iunii. Indicione VII.

Signum manus domini Syri archiepiscopi hanc cartulam conuenientie fieri rogauit.

Testes. Archipresbiter Wilielmus. Petrus archipresbiter de bauali. et Maister Vgo de uineis. Boiamundus de odone. Filippus de lamberto. Jordanus danese. Wilielmus compater.

DE PLEBE UARIE.

In camera domini Syri Januensis archiepiscopi. fuit dominus Syrus Archiepiscopus. et dedit per se et per successores suos in perpetuum tertiam partem totius terre monaxili et casaleti et lazarie. cum suis pertinentiis. quam dedit Anselmo filio Guininguisi de zerli. Ecclesie sancti iohannis plebis uarie. finito tempore annorum uiginti nouem. quod idem Anselmus debet istam terram tertiam partem supradictarum terrarum tenere. Ita ut post annos uiginti nouem prefata ecclesia sancti iohannis habeat terram istam in perpetuum. et presbiteri ipsius ecclesie et eorum successores. Ita quod soluant istam pensionem tres solidos. et denarios. IIII. in omni anno in octaua Sancti Andree domino Archiepiscopo et successoribus suis. sicut continetur in cartula libelli anselmi prenominati quam fecit idem Archiepiscopus. Millesimo. centesimo. sexagesimo. die secundo intrante iunio. indicione VII. Testes. Archipresbiter

Wilielmus. Magister Vgo sancte marie de uineis. et Guiscardus clericus Archiepiscopi. Gerardus Sancti Syri. Obertus filius gualberti uarie. Anfosus de Wilielmo de gropo. Marinus caneuarius.

INNOUATUM EST PER ALIUD PACTUM.

Placuit inter Dominum Syrum Januensem Archiepiscopum. et Nicholam iudicem filium pandulfi. Idem dominus Syrus Archiepiscopus dedit ipsi nichole peciam unam terre quam habet curia Archiepiscopi in sancto petro de arena. Cui coheret. ab una parte uia. Ab alia terra pandulfi patris nichole de quo dat censum archiepiscopo. A tercia terra curie archiepiscopi. A quarta parte similiter terra ipsius curie. Infra has coherentias dedit archiepiscopus ipsi nichole ad detinendum usque ad unnos uiginti nouem. et ad medietatem reddendum omnium fructuum que ex ipsa terra exierint deinceps. Idem uero Nichola exinde hanc terram infra has coherentias debet habere et detinere usque ad annos uiginti nouem. et non eam minuere. et laborare et colere et meliorare hanc terram. et non peiorare. Et terra uacua que modo non est pastinata debet medietatem pastinare dominus Archiepiscopus et aliam medietatem Nicola. Ipse uero nichil aliud reddere debet neque archiepiscopo dare et suis successoribus nisi medietatem omnium fructuum et uindemie que in eadem terra fuerint singulis annis. et ita complere debet tam ipse quam suus heres infra hunc terminum eidem archiepiscopo suisque successoribus. et ita inter se conuenerunt. Penam uero inter se posuerunt. ut si dominus archiepiscopus uel eius successores hanc terram nicole uel suo heredi auferre quesierint. et si nichola et suus heres omnia ut supra legitur non adimpleuerint. tunc componat pars parti penam ducentorum solidorum ille qui obnoxius fuerit. quia uicissim inter se stipulati fuerunt. et insuper liceat domino archiepiscopo et suis successoribus in terram introire et cui uoluerint dare. uel sibi detinere si nicola et eius heres ut supra dictum est

non adimpleuerint omnia. In camera domini archiepiscopi feliciter. Millesimo centesimo sexagesimo tercio. medio mense marcii. Indicione x.

Signum manus domini Syri Archiepiscopi hanc cartulam conuenientie fieri rogauit.

Testes. Wilielmus archipresbiter. Guiscardus archiepiscopi. Bonus uasallus blarelis archiepiscopi. Ansaldus golia. Oglerius danese. Marinus caneuarius.

LIBELLUS CUIUSDAM MAURI

DE TRIBUS PARTIBUS UNIUS TABULE TERRE IN BURGO CIUITATIS.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie. Vbi preest donnus Obertus episcopus. Vti nobis mauro filius quondam iohannis lupi. et Bonusa iugalibus filia quondam iohannis. Vna cum filiis nostris masculis. ut si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alteri succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. petimus res iuris ecclesie Sancti Syri que est posita in burgo ianuense. Hec sunt tres partes de tabula una de terra per mensuram iustam in circuitu super totum cum trexenda et distillatio. Coheret ei. da una parte uia publica. De alia trexenda. da tercia similiter uia publica. da quarta nostra mansio qui supra mauro et Bonosa. Infra iam dictas mensuras et coherentias omnia petimus In Integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem denarium unum. et post obitum nostrum uel filiorum nostrorum in ius et dominium sancte ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde si uobis placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manibus uestris firmatum nobis contradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte ecclesie tradimus conseruandum. Facto petitorio mense iulii. indicione nona. Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi. Millesimo. septuagesimo secundo. indicione suprascripta feliciter.

LIBELLUS NICOLE

DE TERRA QUE EST IN BURGO IUXTA MAURUM PREDICTUM.

Cvm Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis ecclesie ubi preest domnus obertus episcopus. Vti nobis nicola una cum filiis et filiabus. Et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus pecia una de terra iuris Sancti Syri. que posita est in burgo ciuitatis Janue in platea Sancti Syri. terra uacua. Coheret ei. de una parte terra de mauro. de alia parte terra de alberto. de reliquis duabus partibus uia publica. Infra suprascriptas coherencias petimus sicut superius. omnia plenum et uacuum una cum ingressu et exitu earum In Integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem denarium unum. Spondimus in dei nomine atque promittimus (*in*) suprascriptas res introire atque meliorare. et pensionem ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. tunc liceat uos uel successoribus uestris in eadem res introire. et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Et post obitum nostrum uel filiis filiorum nostrorum uel nostris adoptiuis cui nos iam dicta terra concederimus et iam dicta pensione dandum in ius et dominium ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet et hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis tradere iubeatis. Facto petitorio mense Octubris. indicione xiiii. Anno ab incarnacione domini nostri ihesu christi. Millesimo Septuagesimo sexto (*). Indicione suprascripta feliciter.

(*) Qui pure l' anno *dell' incarnazione* va confuso coll'anno comune. L'indizione 14.ª era cominciata nel settembre del 1076.

CARTULA UENDICIONIS NICOLE PANDULFI FACTE AD SANCTUM PETRUM DE ARENA.

Anno ab incarnacione Domini nostri Jesu christi. Millesimo centesimo. xlv. Mense marcii. Indicione vii. Constat me dompnum Syrum Januensis ecclesie Archiepiscopum cepisse a te Pandulfo filio quondam nicole per manum uxoris tue . . . . . (*lacuna*) missum tuum. solidos centum denariorum Januensium. quos in augumento et melioratione eiusdem ecclesie expensos fuisse profiteor. Finito precio de tabulis terre quatuordecim minus quarta cuiusdam terre uacue in sancto petro de arena iusta terram tuam positis. quas tibi uendo et trado In Integrum. Faciendum exinde tu heredesque tui quicquid uolueritis sine omni mea et successorum meorum contradicione. Ita tamen ut inferamus uobis omni anno pro censu eiusdem terre ecclesie Sancti Syri denarium ianuensem. Hanc enim uendicionem per me meosque successores defendere tibi tuisque heredibus et auctorizare promitto. Quod si non fecero aut subtrahere quesiero. tunc in duplum eandem uendicionem ut supra legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut uoluerit sub estimacione in consimili loco. Testes. Obertus spinola. Wilielmus ruffus. Oto bonus. Merlo et Botericus fratres. Wilielmus capellanus. Filius rubaldi uicecomitis. Alexander Januensis Archiepiscopi hyconomus. Actum in palacio ianuensis archiepiscopi feliciter.

DE REFUTATIONE QUAM FECIT ALBERTUS GUAITA FOLIE ET CONSORTES.

Nos Albertus filius quondam Guaita folie de molazana. in quarta parte. et Marchio de podio filius quondam Syli. et iohannes filius quondam Guidonis et frater adalaxie. Confirmamus omnimodo et firmam habemus uendicionem illam quam ego qui supra Albertus de guaita folia feci ante quam haberem uxorem cum Guidone fratre meo. pater istius iohannis et pater istius adalaxie. curie domini

archiepiscopi. de tota nostra parte quam nos habebamus fratres in molendino de bretesca. et quam dominus ugo possidet archiepiscopus et tenet modo per nos in eodem modum (*sic*) bretesca. quoniam nos confitemur quod ego Albertus de guaita follia antea quam habuissem uxorem una cum fratre meo guidone uendidimus. et tradidimus possessionem curie domini archiepiscopi inde. et totum precium illius uendicionis recipimus a curia Archiepiscopi. Exceptis tribus libris que remanserunt ad soluendum ex illo precio a Maistro Anselmo minister curie nomine Archiepiscopi soluti et quieti sumus. et istas tres libras nobis soluit nomine archiepiscopi et eius curie. Vnde nos qui supra Albertus de guaita follia in quarta parte. et Marchio de podio et iohannes filius guidonis et frater adalaxie confirmando uendicionem inde factam. firmam et incorruptam uendicionem partis nostre istius molendini quondam a guidone et a me alberto facta habere perpetuo promittimus. quod amodo in aliquo tempore nos Albertus et Marchio de podio. atque iohannes aut nostri heredes. uel aliquis per nos. contra Dominum Archiepiscopum uel eius successores. aut aduersus eius curiam. agere aut causari. uel requisicionem aliquo modo siue molestiam facere inde non ualeamus. set omni tempore taciti inde et contempti in his tribus libris quas recepimus permaneamus. Quod si hoc facere presumpserimus penam dupli maistro anselmo stipulanti nomine curie promittimus. Insuper firma sit uendicio. et lis inde facta non ualeat. Ego iohannes qui facio auctoritate mei curatoris alberti iuro super sancta dei euangelia in perpetuum firmam tenere uendicionem quam fecit Guido pater meus. et eam confirmo. quod exinde ego aut aliquis per me non molestabo curiam Archiepiscopi inde uel aliquem pro curia ex illa uendicione istius molendini. Ad sanctum uincencium feliciter. Millesimo. centesimo. sexagesimo octauo. Intrante mense madii. die xi. Indicione xv.

Signa manuum Alberti et marchionis et iohannis hanc cartulam fieri rogauerunt.

Testes. Johannes murator. maister Martinus de porta. Wilielmus de caruali. Wilielmus paxiglam. Rolandus cogla nigra. Cunradus de Archiepiscopo. Obertus ortolanus Archiepiscopi. Odo clapucius molazane.

DE REFUTATIONE QUAM FECIT BONADONNA GUAITA FOLLIE CURIE DE MOLENDINO DE BRETESCA.

Cartula finis et transaccionis et donacionis et refutacionis quam facimus nos bonadonna filia quondam Guaita follie. et Obertus filius eius. Vobis domino Vgoni Archiepiscopo ianuensi et uestre curie per maistrum Anselmum qui nomine uestro et uestre curie recepit hanc cartulam. et qui est minister curie uestre. Nominatiue de lite et contentione illa tota quam habuit Albertus et Guido de guaita follia molazane cum domino Archiepiscopo et eius curia. Videlicet de molendino de bretesca. et de hoc quod nobis matri et filio pertinent aliquo modo in illa lite et contentione istius molendini. Nos qui supra bonadonna et Obertus filius eius finem et refutacionem et donacionem uobiscum transigendo ex illa lite facimus et transigimus. Quod amodo in aliquo tempore nos qui supra bonadonna et Obertus filius eius uel noster heres aut aliquis per nos aliquo modo non possimus agere aut causari uel molestiam siue requisicionem inde facere aduersus uos qui supra Dominum Vgonem Archiepiscopum aut aduersus uestram curiam. neque contra usus uestros successores (*sic*) uel aliquem pro uobis. Pro solidis decem denariorum Januensium. quos solidos decem nos mater et filius a maistro Anselmo nomine uestro et uestre curie recepimus pro fine et refutacione et transaccione et donacione. scilicet pro nostra parte cum guidone fratre meo qui supra bonadonne. et si nostra pars plus ualet istius precii uobis domino Archiepiscopo pro uestra curia donamus et tradimus. ut exinde taciti et contempti in istis solidis. x. permaneamus. et omne ius et raciones quas in lite illa et conten-

cione habemus curie uestre donamus. istius molendini de bretesca. Et si amodo in aliquo tempore nos qui supra bonadonna et filius eius obertus uel nostri heredes aut aliquis per nos inde molestiam uel requisicionem aliquo modo fecerimus et deinceps taciti et contempti in istis solidis decem non permanserimus. Maistro anselmo stipulanti penam dupli nomine uestro et uestre curie promittimus. et lis inde facta non ualeat. In curia Archiepiscopi feliciter. Millesimo centesimo sexagesimo octauo. medio mense Junii. Indicione xv.

Signa manuum istius matris et filii. bonadonne et Oberti hanc cartulam finis et donacionis et transaccionis et refutacionis fieri rogauerunt.

Testes. presbiter Guiscardus Archiepiscopi. Oglerius danese. Vgo de fredaldo. Petrus de oliua. Petrus de uillano. Rubaldus morellus de molazana. Albertus guaita follia. Marchio de molazana.

DE COMPARA QUAM FECIT CURIA
A BONADONNA GUAITA FOLLIE ET FILIO IN MOLAZANA.

Cartula uendicionis sub dupla defensione quam facimus nos Bonadonna filia quondam guaita follie de molazana. et Obertus filius eius. Vobis domino Vgoni Januensi archiepiscopo et uestre curie. per Maistrum Anselmum ministrum curie uestre qui hanc cartulam uendicionis uestro et uestre curie nomine recepit. Nominatiue totam nostram partem quam nos mater et filius habemus et detinemus et per nos inuenire poteritis in molendino quod est in molazana et uocatur molendinum de periculo. Similiter totum hoc quod habemus et possidemus et inuenire per nos poteritis a molendino usque ad ortum et domum boni martini per stafolam et per illas pertinencias. Omnia plenum et uacuum per stafolam et in pertinenciis illis a molendino usque ad domum et ortum boni martini. Infra has coherencias totum quod habemus et nos mater (*et*) filii possidemus. et per nos poteritis inuenire. et in prenominato molendino de

periculo quod est in molazana totam nostram porcionem omnia plenum et uacuum. Nos qui supra Bonadonna et Obertus suus filius uendimus uobis domino Vgoni Archiepiscopo. et possessionem uobis et curie uestre tradimus et dominium per missum uestrum maistrum anselmum et curie ministrum qui uestro nomine suscepit et a nobis emit omnia In Integrum. per precium solidorum triginta denariorum Januensium. quos solidos triginta ab eo pro curia uestra et pro uobis suscepimus. Et faciatis exinde uos Archiepiscopus et uestri successores et cui dederitis ad utilitatem uestre curie quicquid uolueritis sine nostra et nostrorum heredum contradicione. Ab omni homine defendere nos Bonadonna de guaita follia et Obertus eius filius una cum nostris heredibus et auctorizare promittimus uobis Archiepiscopo et curie uestre. uestrisque successoribus. et cui ad utilitatem uestre curie dederitis. quod si defendere et auctorizare non potuerimus. aut si aliquo modo subtrahere quesierimus. in duplum istius uendicionis Maistro Anselmo procuratori uestre curie nomine stipulanti penam dupli promittimus. Vnde omnia mea (*sic*) bona inde uobis pignori obligamus. et nostro iuri renunciamus. Millesimo centesimo sexagesimo nono. Exeunte mense Marcio die XI. Indicione I.

Signa manuum istius bonadonne de guaita follie molazane et Oberti filii sui hanc cartulam uendicionis fieri rogauerunt.

Testes. Girardus gastaldus. et Rubaldus morellus de molazana. et Girardus de barca. Girardus decanus molazane. Facius caneuarius archiepiscopi. Albericus Archiepiscopi. In curia Archiepiscopi feliciter.

DE LOCO QUEM EMIT CURIA A GIRARDO ET RUBALDO MORELLO.

Nos Rubaldus de morella filius quondam iohannis et Girardus filius quondam lanci de molazana. Vendimus et concedimus et tradimus et damus. et exinde perpetuo habere ad proprium confirmamus. domino Vgoni Januensi archiepiscopo suisque successoribus

et eius curie archiepiscopatus per Maistrum Anselmum ministrum ipsius curie. qui hanc cartam emptionis et donacionis et tradicionis recepit a nobis. tam dominium quam possessionem nomine eiusdem Archiepiscopi et eius curie proprietario nomine. Nominatiue totum hoc quod comparauimus auctoritate domini Vgonis Archiepiscopi a gregorio filio quondam gandulfi de molazana et possessionem ab eodem suscepimus gregorio. quam eidem curie tradimus. et nos Rubaldus et Girardus in cartam emptionis ab eodem gregorio ex illis terris recepimus. quas curie concedimus. Videlicet nonam partem minus quarta de molendino periculi. que fuit pars istius gregorii. Item locum unum qui nominatur locus de casuptana qui est in molazana. cum domo et uinea et arboribus super habentibus qui fuit molazani. Cui coheret. ab una parte uia et locus filiorum lanci. Ab alia parte terra petri de quarterio. A tercia de subtus terra nostra qui supra Rubaldi de morella et Girardi. et terra uillanis. A quarta uero parte terra Wilielmi de campo castoro. Item medietatem bruxedelli qui est roboretus. Item octauam decimam partem de tercerio roboreti de cauannarile et de molendino de insulella. Similiter nonam partem tercerii castaneti de stafola. Item tercerium de tercerio terre de insulella. Item partem illam quam iste gregorius habebat in terra de costa. Et nonam partem terre de castánea bona. et terre de Albaredo. et de terra de nespolo. Supradictam nonam partem minus quarta prefati molendini de periculo que erat pars istius Gregorii eiusdem molendini. et istum locum de casuptana infra has coherencias una cum omnibus aliis terris quas idem gregorius habebat et detinebat in molazana et in omnibus exitibus et pertinenciis suis. et quas per nos pro ut nos insimul emimus a gregorio. et per eundem gregorium inuenire potest infra ipsam uillam molazane et exitibus et pertinenciis. et quicquid iuris et racionis eidem Gregorio competit in terris omnibus et molendinis molazane et pertinenciis et exitibus. et nobis insimul obuenit per eundem gregorium. et ipse nobis insimul duobus uendidit et

tradidit. et cartulam uendicionis sub dupla defensione nobis insimul fecit. una cum supra nominatis omnibus terris sicut nobis obuenit per gregorium auctoritate domini archiepiscopi. sub cuius iurisdictione erat gregorius et sue terre. et gregorius suo sacramento nobis confirmauit. et in carta emptionis nostre continetur. Nos qui supra Rubaldus de morella et Girardus de lancio molazane omnia plenum et uacuum et tam dominium et possessionem domino Vgoni Archiepiscopo et eius curie per Maistrum Anselmum curie procuratorem qui eius nomine recepit uendimus et tradimus. et omne ius nostrum quod habemus et a gregorio consecuti fuimus insimul domino Archiepiscopo concedimus. et accionem curie Archiepiscopi mandamus. Faciendum exinde idem Archiepiscopus et sui successores et cui dederint ad utilitatem sue curie quicquid uoluerint de omnibus supradictis terris et racionibus sicut superius relegitur sine nostra et nostrorum heredum contradicione. Per precium librarum decem et septem denariorum ianuensium. quas a Maistro Anselmo pro domino Archiepiscopo et sua curia recepimus. et ex istis decem et septem libris soluti sumus et quieti. Et nos qui supra Rubaldus de morella et Girardus de lancio per nos et per nostros heredes domino Archiepiscopo et sue curie exinde hanc uendicionem et tradicionem firmam et incorruptam conseruare promittimus. quam remouere nullo modo ualeamus. Quod si hoc facere nos aut heredes uel aliquis per nos aliquo modo presumpserimus. et ut superius relegitur firmum et incorruptum exinde non habuerimus. penam dupli requisitionis inde facte Maistro Anselmo stipulanti procuratori Archiepiscopi et eius curie promittimus. Vnde omnia nostra bona curie Archiepiscopi pignori obligamus. Insuper lis inde facta non ualeat. set inuiolabiliter conseruare promittimus. In curia domini Archiepiscopi feliciter. Millesimo centesimo. sexagesimo nono. Intrante mense madii die x. Indicione I.

Signa manuum Girardi de lanzo et Rubaldi de morella hanc cartulam fieri rogauerunt.

Testes. Presbiter Guiscardus Archiepiscopi. et Johannes mazamorus. Et aucellus. Facius caneuarius Archiepiscopi. et Albericus Archiepiscopi.

DE CONUENTIONE FACTA INTER CURIAM.
ET EOS QUI TENENT IN MOLENDINO MURUALLI.

Concordia est inter dominum Vgonem Januensem Archiepiscopum et Magistrum Anselmum procuratorem curie Archiepiscopi. Nec non et inter omnes dominos molendini de muruallo. Idem uero dominus Archiepiscopus et Magister Anselmus pro curia. et omnes domini eiusdem molendini murualli. posuerunt se in arbitrio Oliuerii de maraxi et Airaldi molinarii et Magistri molendinorum de caduita aque et rebochi et cluse molendini domini Archiepiscopi et molendini de muruallo omnium istorum dominorum et omnium aliarum rerum istorum duorum molendinorum de muruallo ad utilitatem et proficuum istorum molendinorum coequandis quod stabunt in istorum ordinatione et ex omnibus supradictis rebus inter eos coequandis sub pena mille solidorum ex utraque parte hinc inde inter eos promissa. Pro filiis uero Wilielmi Anfossi guercii lambertus filipi barbanus eorum promisit penam pro sexta parte istius pene. et pro parte istorum minorum istius molendini murualli. quod idem minores filii Wilielmi stabunt in prefata concordia et arbitrio istorum arbitrorum. Eo tamen saluo quod de laude quam dicunt isti domini molendini murualli se habere in istis arbitris se non ponunt. Et si aliquo modo euenerit quod ita non se concordent. quod raciones ambarum parcium sint salue ut antea erant. Statuta inter eos concordia istorum duorum molendinorum ut supra relegitur et eorum uoluntate. isti arbitri coram eis. uidelicet Airaldus et Oliuerius. iurauerunt super sancta dei euangelia bona fide sine omni fraude coequare caduitam aque et clusas et rebochos et omnes alias res istorum duorum molendinorum ad utilitatem et proficuum horum molendinorum murualli. et fuerunt ibi ad coequandas caduitas aque et clusas et res

alias sicuti tenebantur sacramento. et coequauerunt cadutam aque et clusas et rebochos et alias res ibi necessarias pro utilitate et proficuo amborum molendinorum murualli. et posuerunt et coequauerunt mensuram caduite aque amborum molendinorum. et eam statuerunt in pedes quinque et policem unum. Coequatis itaque clusis et caduitis aque et rebochis et rebus omnibus in utilitate molendinorum ab istis magistris et arbitris. idem arbitri ita firmum esse statuerunt. In palacio Archiepiscopi feliciter. Millesimo centesimo sexagesimo nono. Mense Augusti. Indicione. II.

Signa manuum domini Archiepiscopi Vgonis et Magistri Anselmi pro curia hanc cartulam conuenientie fieri rogauerunt.

Testes. Vnricus (*sic*) iudex. Amicus . . . . . (*lacuna*). Oglerius danesis. Ansaldus spreca. Airaldus et Oliuerius de maraxi.

DE COMPARA QUAM FECIT CURIA A BEIAME DE SANCTO OLAXIO.

Cartula uendicionis sub dupla defensione quam fecimus nos Beglanus filius quondam uillani de sancto laxo et Ita iugalis Curie domini Vgoni Januensis Archiepiscopi. et ipsi domino Vgoni Archiepiscopo. per Magistrum Anselmum procuratorem et Ministrum eius curie. qui nomine curie Archiepiscopi hanc cartulam uendicionis et possessionem istius uendicionis pro curia recepit. Nominatiue omnes istas terras que inferius nominantur. Prima pecia cum domo super habente est in sancto laxo. iusta terram curie archiepiscopi. Alia pecia ubi dicitur figarius est iusta terram oglerii de sancto laxo. et alie pecie . . . (*lacuna*) que sunt cum istis aliis supranis. que quinque sunt prope. et sunt iste pecie infra casalem sancti olaxi. et dicitur locus de ca. Alia uero pecia est in castellario montis alii. Item duodecima pars castaneti de plano de gazo. que est mea pars. et est iusta terram curie. Similer uendimus et tradimus nostram partem. que est octaua pars terre de costa longa. Et sextadecima pars de alia costa longa que est ex parte uille

sancti olaxii. Item sextadecima pars de terra de comunagla. Et sextadecima pars de terra de cerreda. Et sextadecima pars terre de comunagla de iusta terra iruffa. Et uendimus similiter sextamdecimam partem de terra de canoua. et octauam partem de terra de plaza. Et nostram partem que est medietas unius quarte partis et duas partes Alii . . . . .

(*Qui termina il foglio* 181.° *del Codice, e con esso si interrompe l'atto presente. Segue il foglio* 182.° *colla fine di altro instrumento, al quale si vede essere stati testimoni gli individui sotto nominati*).

Rubaldus. Alexander hyconomus Prepositus sancte marie de castro. et Johannes diaconus eius. Anselmus canauarius. Mariscoto de camuli.

† In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules Guilielmus buferius. Sismundus. Obertus cancellarius. laudauerunt quod Otobonus et Merlo et Botericus et Ingo filius quondam Ribaldi uicecomitis. deinde habeant potestatem capiendi aquam per glaream et per terram que est extra terram feudi que est infra clausum usque ad uiam que uenit ab sancto Martino. et ducendi aquam ad molendinum eorum per glaream et per terram a quacumque parte uoluerint. et faciendi cluuias huius molendini. sine contradicione Guilielmi stralandi et scalza uetule omniumque personarum per eos. Ita tamen quod inferant singulis annis ipsam condicionem quam soliti sunt tribuere. Hanc laudem ideo fecerunt. quia cognouerunt cartula publici notarii quod aqua debebat capi ad utilitatem huius molendini sicut prelaudatum est. Millesimo cxlviiii. mense augusti. indicione. xi.

Breue recordationis de pensione Januensis episcopi quam habet in ciuitate Janua. Rusticus fornarius. iiii. solidos. Johannes calde-

rarius. xl. denarios. Ansaldus de morteto. iiii. solidos. Bonus anfossus. xl. denarios. Marchio iudex. xl. denarios. Marchio de bono filio. xxvii. denarios. Guinizo magister. xxvii. denarios. Vassassaldus gamba lixada. iii. solidos. Bonifredus. xxvii. denarios. Filius care cause. xiii. denarios. Rusticus garillus. v. solidos.

De filiis angustiosi. ii. denarios ueteres papienses. Gisla de ficu. unum denarium. Domus iuxta eandem gislam. i. denarium. Rausinus. unum denarium brunetum. Bonus iohannes. i. denarium brunetum. Berozo. i. denarium brunetum. Quidam de calelano. i. denarium ueterem papiensem. Arnaldus baltigadus iterum. i. denarium ueterem. Filius care cause. i. denarium ueterem. Johannes boninus. i. denarium ueterem. Bonandus de currado cocleario. i. denarium ueterem. Ansaldus pauca lana. ii. denarios ueteres. Guiniguisus iudex. i. denarium. Bastardus. i. denarium. Filii mauri de domo colta. ii. denarios ueteres. Porcelli. vi. denarios ueteres. Alguda. i. denarium. Filia maifredi. i. denarium. Oglerius de oliua. obulum ueterem papiensem. Guilielmus osberguerius. v. denarios ueteres. Albertinus. ii. denarios. Pataria. ii. denarios ueteres. Guido Spinula. ii. denarios ueteres. Fiiii asturis. ii. denarios ueteres. Otto furnarius. iii. denarios ueteres. Razo. ii. denarios ueteres. Cara causa. i. denarium ueterem. Rainaldus de ponte. i. denarium ueterem. Filii boni mali de medolico. ii. denarios ueteres. Obertus gamba falsa. i. denarium ueterem. Illi de reco. ii. denarios ueteres. Nicholaus medicus. i. denarium ueterem. Messurro. i. denarium ueterem. Baldus uersa galeda. i. denarium ueterem. Bellocarus. i. denarium ueterem. Mugilus. i. denarium ueterem. Filii aduocati. vi. denarios ueteres. Bonus baronus. i. denarium ueterem. Pagana. ii. denarios ueteres. Belloto de lastaria. ii. denarios ueteres. Rustica. i. denarium ueterem. Gandulfus de pauone. i. denarium. Amicus Guelfo. iii. denarios ueteres.

De nauibus de Alexandria. De africa. De buzea. De tunesi. De tripoli. De barbaria. xxii. solidos et dimidium. De sicilia. xi. solidos

et. III. denarios. De corsica. VII. solidos. De sardinia. VIIII. solidos. Naues que de sicilia. et calabria. de maritima. et prouincia ueniunt honerate grano. unusquisque quartinum debet episcopo. In corsicam que pro cambio ferunt salem. singuli eorum minam grani debent episcopo. Naues que a sardinia per corsicam ueniunt. et ibi salem in granum concambiunt. unusquisque eorum qui cambiunt. tres minas grani debent episcopo. Naues que de sardinia ferunt salem. unusquisque eorum. III. minas salis. Que de prouincia. III. quartinos debent episcopo (*).

De apertis feodis uassallorum. Hingo uicecomes. Curradus. Guaracus. Guido spinula. Baldus tigna. Otto bellus oculus. Ido de carmarino . . . . .

(*A questo punto finisce il foglio* 182.° *del Registro. Segue il* 183.°; *ma quantunque sembri continuare con esso il Breve di ricordo incominciato a pag.* 364, *pure il senso ne è interrotto*, *e lascia a desiderare qualche altro foglio di mezzo*).

mari. et amici filii nigri de mirta. et Alexandri hyconomi et auocati. et oglerii danisii. et Anselmi canauarii. Primetus. Bonus iohannes de domocolta fratres. fecerunt fidelitatem Domino Archiepiscopo pro famulis.

Andrea de bedellano fecit fidelitatem domino Archiepiscopo in presentia Alexandri et gastaldorum de molaciana. uidelicet secans feni. et alerii. et baldi de ponte. et anselmi de costa. et oberti scudarii. eo quod uxor eius famula est. et per libellariam quam tenet in uico molacio.

(*) Questo paragrafo del *Breve di ricordo* concernente i diritti percipiendi dall'arcivescovo di Genova sulle navi, e dei quali è dato anche ragguaglio sui principii del Codice (V. pag. 9-11), si ha stampato dal Cuneo nelle sue *Memorie sopra l'antico debito pubblico* ecc., pag. 249.

Obertus de gazo de uico molacio fecit fidelitatem domino Archiepiscopo. et consanguineus eius. In presentia supradictorum gastaldorum.

Ansaldus rufus de monte mediano de uulturi iurauit fidelitatem domino Archiepiscopo ante presentiam eius. uidelicet in ecclesia sancti gregorii. eo quod famulus est. quia descendit de sorore berardi de sancto olaxo. et archiepiscopus inuestiuit eum de terra quam ipse habebat in medolico. Testes. merulus de castro. boiamonte. presbiter iohannes de sancta sauina. et archipresbiter de sancto cypriano. et bonus uasallus caput galli. et oglerius danisius. et guilielmus turnellus. et alexander. et girardus gastaldus.

HEC SUNT CONDITIONES QUAS ARCHIEPISCOPUS HABET IN PLEBEIO BARGALI. UIDELICET IN LAUANIASCO. IN TAZOLO. IN TAZOLELLO. IN UALLE BONA. ET IN PERTINENTIIS ILLIS.

In primis debet habere medietatem scatici de toto lauaniasco.

Romanus de tazolo cum omnibus hominibus de tazolo. et cum filiis. gandulfus rufi cum consortibus suis. isti omnes debent persoluere de quarterio laueniasco pensionem denarios. II. de papienses. in unoquoque anno.

Gandulfus de tucedo cum filiis de orgemina. et cum filiis gandulfi rufi. et cum canonicis de sancto Laurentio. et cum aliis consortibus. debent persoluere de alio quarterio de lauaniasco pensionem denariorum. II. papiensium. in unoquoque anno.

De duobus aliis quarteriis habet Guilielmus niger cum fratre suo pensionem pro feudo.

Iterum romanus de tacelo et uitalis cum consortibus suis de tercia parte montis de taciolo debent persoluere pensionem denarios. II. papienses. et de cornelica. et de fao frigido.

Iterum gandulfus de tuzedo cum consortibus suis pro monte de

tazolo. et de cornelica. et de fao frigido. debent persoluere denarium I. de papia. et non debent uendere nec alienare nisi in famulis Sancti Syri domnicati.

Homines de ualle bona que dicitur sancte marie cum suis consortibus debent persoluere de alio terzerio montis de tazolo pensionem denarios. VI. de papia. et de cornelica. et de fao frigido.

Albertus de tazolo cum consortibus suis debent persoluere de alio terzerio de monte tazolo. et de cornelica. et de fao frigido. denarios. VI. de papia. et in predicto terzerio habet romanus de tazolo quarterium. qui romanus fecit fidelitatem domino Archiepiscopo pro tota libellaria quam tenet.

Gandulfus de incisa cum consorte suo de domnicato de boasio debet denarium. I. papie.

Homines de agonia dant solidos. IIII. pro manentatico de terris que sunt in his pertinentiis.

Presbiter obertus de nerione cum fratribus et nepotibus suis. dant denarios. XXVIII. de sorte libellarie de lamanigra. quam libellariam Archiepiscopus fecit usque ad annos. uiginti. VIIII.

Petrus de solio pater presbiteri bartholomei de plicanio dat solidos. II. pro sorte de decima de monte tuscano que fuit gisi de cruce. libellaria. XXVIIII. annorum.

Presbiter Rubaldus de sancta maria de uineis cum fratribus suis. de plicanio dant solidos. III. de decima montis oscani. quam habet pro libellaria usque ad annos. XXVIIII.

Martinus namphus et iohannes gaidaldus et consortes eorum qui tenent hurri. dant sextaria sex de optimo frumento.

Johannes castaneolus de capriasco. et albertus de coruaria cum consortibus qui tenent lamanigra. dant sextaria. III. de grano.

Ansaldus de liui de cazukinasca. et anselmus de la colla. isti predicti dant in simul solidos. II. in octaua natiuitatis domini. pro decima quam dominus Archiepiscopus dedit eis pro libellaria. usque ad annos. XV.

DE IURE EMPHITEOTICO LIBRI. IIII. CODICIS. TITULUS EXTREMUS (*).

Imperator Zeno. a. Sebastiano p. p.

Jus emphiteoticarium neque conductionis neque alienationis esse titulus adiciendum [a]. sed hoc ius tercium sit constitutum. ab utriusque memoratorum contractuum societate. seu similitudine separatum. conceptionem diffinitionemque habere propriam. et iustum esse ualidumque contractum. in quo cuncta que inter utrasque contrahentium partes super omnibus. licet etiam fortuitis casibus. pactionibus scriptura interueniente habitis placuerunt [b]. firma illibataque perpetua stabilitate modis omnibus debeant custodiri. Ita ut si interdum ea que fortuitis casibus sicut euenerunt [c] pactorum non fuerint conuentione concepta. siquidem tanta emerserit clades que prorsus ipsius etiam rei que per emphiteosin data est faciat introitum [d]. hoc non emphyteoticario cui nichil reliquum mansit [e]. sed rei domino quod quidem fatalitate ingruebat [f] etiam nullo intercedente contractu habi-

(*) V. *Corpus iuris civilis* etc. *Lipsiae* 1843, vol. II. pag. 288-289. Darò le varianti che si incontrano fra questa riputata edizione, ed il testo riferito nel *Registro*.

(a) *Titulis adiiciendum.*

(b) *Placuerint.*

(c) *Ea quae fortuitis casibus eveniunt.*

(d) *Facit interitum.*

(e) *Permansit.*

(f) *Sed rei domino, qui, quod facilitate ingruebat.*

turus fuerat imputetur. Sin uero particulare uel aliud leue dampnum contigerit ex quo non ipsa rei penitus ledatur substantia. hoc emphyteoticarius suis partibus non dubitet ascribendum.

Imperator Justinianus. a. demosteni p. p.

In emphiteoticariis contractibus sanctimus siquidem alie pactiones in emphyteoticis instrumentis fuerint conscripte easdem et in omnibus aliis capitulis obseruari. et de reiectione eius qui emphyteusin suscepit. si solitam pensionem uel publicarum functionum apochas non prestiterit. Sin autem nichil super hoc capitulo fuerit pactum. sed per totum triennium neque peccunias soluerit. neque apochas domino tributorum reddiderit. uolenti ei licere eum a prediis emphiteoticariis repellere. nulla ei [g] allegatione nomine meliorationis uel eorum que emponemata dicuntur uel pene opponenda. sed omnimodo eo si dominus uoluerit repellendo neque pretendente quod non est super hac causa inquietatus. cum neminem oportet conuentionem uel ammonitionem expectare. sed ultro sese offerre. at [h] debitum spontanea uoluntate persoluere. secundum quod et anteriori legi [i] nostri nominis [j] generaliter cautum est. ne autem ex hac causa dominis facultas oriatur emphiteotas suos repellere. et redditum minime uelle accipere [k]. ut ex huiusmodi machinatione triennio elapso suo iure is qui emphiteosin suscepit cadat. licentiam ei concedimus attestatione premissa peccunias offerre. hisque obsignatis. et secundum legem depositis. minime deiectionis timere periculum [l].

(g) *Nulla ei in posterum.*

(h) *Et.*

(i) *Anteriore lege.*

(j) *Numinis.*

(k) *Suscipere.*

(l) *Dat.* XV. *Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons.*

Idem. a. iuliano p. p.

Cum dubitatur utrum emphiteota debeat cum domini uoluntate suas meliorationes quae greco uocabulo emponemata dicuntur alienare uel ius emphiteoticum malum [m] transferre an eius expectare consensum. sanctimus siquidem emphiteoticum instrumentum super hoc casu aliquas pactiones habeat eas obseruari. Sin autem nullo modo huiusmodi pactione posita [n] uel forte instrumentum emphiteoseos perditum [o] est minime licere emphiteotam [p] sine consensu domini suas meliorationes aliis uendere. uel ius emphiteoticum transferre. Set ne hac occasione accepta domini minime concedant emphiteotas suos accipere pretia meliorationum que inuenerint. sed eos deludant et ex hoc commodum emphiteote depereat. disponimus attestationem domino transmitti. et predicere quantum precium ab alio reuera accipi potest. et siquidem dominus hoc dare maluerit et tantam prestare quantitatem quantam ipsa ueritate emphiteota ab alio accipere potest. ipsum dominum omnimodo hec comparare. Sin autem duorum mensium spacium fuerit emensum. et dominus hoc facere noluit. licentia emphiteote datur [q] ubi uoluerit et sine consensu domini suas meliorationes uendere hiis tamen personis que non solent in emphiteoticis contractibus uetari ad huiusmodi uenire emptiones [r]. necessitatem autem habere dominos si aliis melioratio secundum prefatum modum uendita sit. accipere emphiteotam uel [s] ius emphiteoticum ad personas non prohibitas set concessas et idoneas ad soluendum emphiteoticum canonem tran-

(m) *In alium.*

(n) *Pactio interposita est.*

(o) *Deperditum.*

(p) *Emphyteute.*

(q) *Detur.*

(r) *Emptionem.*

(s) *Vel si.*

sponere. et si emphiteota maluerit non contradicere (t). set nouum emphiteotam in possessionem suscipere. non per conductorem uel procuratorem set ipsos dominos per se. uel per litteras suas. uel si hoc non potuerint uel noluerint per depositionem in hac quidem ciuitate apud uirum clarissimum magistrum censuum uel presentibus tabulariis per attestationem. in prouinciis autem apud presides (u) uel defensores celebrandam. et ne auaricia tenti domini magnam molem peccuniarum propter hoc efflagitent. quod usque ad presens tempus perpetrari cognouimus. non amplius eis liceat per subscriptionem uel depositionem nisi quinquagesimam partem precii. uel extima tionis loci qui ad aliam partem persona (v) transfertur accipere. Sin autem nouum emphiteotam uel emptorem meliorationis suscipere (x) dominus maluerit. et attestatione facta intra duos menses hoc facere supersederit. licere emphiteote non consentientibus dominis ad alios ius suum uel emponemata transferre. Sin autem aliter fuerit uersatus quam nostra constitutio disposuit. iure emphiteotico cadat (y).

AUTENTICA DE SACRO SANCTIS ECCLESIIS SUPER LEGEM IUBEMUS. LIBRI. I. (*)

Qui rem eiusmodi conductam uel in emphiteusin acceptam fecerit deteriorem. aut canonem per biennium non soluerit repelli

(t) *Ad solvendum emphyteuticum canonem transponere emphyteuta maluerit, non contradicere, set* etc.

(u) *Per praesides.*

(v) *Ad aliam personam.*

(x) *Suscipere minime.*

(y) *Dat.* XV. *kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss.*

(*) IMPP. LEO ET ANTHEMIUS AA. ARMASIO P. P.

Jubemus nulli posthac archiepiscopo in hac urbe regia sacrosanctae ecclesiae praesidenti, nulli oeconomo, cui res ecclesiastica gubernanda mandatur, esse facultatem, fundos uel praedia urbana siue rustica, res postremo immobiles, aut in his praediis colonos uel mancipia constituta, aut annonas ciuiles, cuiuscumque suprema uel superstitis uoluntate ad religiosam ecclesiam

potest. ut tamen soluat totius temporis pensionem. et id in quo

deuolutas, sub cuiuscunque alienationis specie ad quamcunque transferre personam, sed ea praedia diuidere quidem, colere, augere et ampliare, nec ulli iisdem praediis audere cedere. Verum siue testamento quocunque iure facto, seu codicillo, uel sola nuncupatione, legato, uel fideicommisso, aut mortis causa donatione, aut alio quocunque ultimo arbitrio, aut certe inter uiuentes habita largitate, siue contractu uenditionis, siue donationis, aut alio quocunque titulo quisquam ad praefatam uenerabilem ecclesiam patrimonium suum partemue certam patrimonii in fundis, praediis siue domibus, uel annonis, mancipiis et colonis, eorumque peculiis uoluerit pertinere, inconcussa ea omnia sine ulla penitus immutatione conseruent, scientes, nulla sibi occasione uel tempore, ad uicissitudinem beneficii colorati aut gratiae referendae, donandi, uel certe uolentibus emere alienandi aliquam facultatem permissam, nec si omnes cum religioso episcopo et oeconomo clerici in earum possessionum alienationem consentiant. Ea enim, quae ad beatissimae ecclesiae iura pertinent uel posthac forte peruenerint, tanquam ipsam sacrosanctam et religiosam ecclesiam, intacta conuenit uenerabiliter custodiri, ut, sicut ipsa religionis et fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium iugiter seruetur illaesum. § I. Sane, si haec nostrae perennitatis statuta audaci spiritu et mente sacrilega quisquam oeconomorum uel hominum temeranda crediderit, ipse quidem, qui proteruo ausu ecclesiastica praedia donationis, uel emtionis, seu commutationis, uel cuiuscunque contractus alterius nomine, nisi eo modo, quo nunc statuimus, acquirere uel habere tentarit, omnem huiusmodi fructum propriae temeritatis amittat, et pretia quidem et munera, quae eius rei gratia data fuerint oeconomo siue aliis quibuscunque personis, ecclesiae lucris et commodis acquirantur. Praedia autem et in his omnia constituta, ab ipsis clericis et temporalibus oeconomis cum fructibus seu pensionibus uel accessionibus totius medii temporis uindicentur, ut tanquam penitus a nullo emta uel uendita teneantur, quia ea, quae contra leges fiunt pro infectis habenda sunt. § II. Oeconomus autem, qui hoc fecerit, imo fieri passus fuerit, uel in quacunque prorsus huiusmodi uenditione, seu donatione, uel commutatione, nisi ea, quam praesente lege concedimus, postremo in quacunque alienatione consenserit, commissa sibi oeconomatus administratione priuetur, deque eius bonis, quodcunque exinde incommodum ecclesiae contigerit, reformetur, heredesque eius et successores ac posteri super hoc facto siue consensu competenti ab ecclesiasticis

rem lesit resarciat [1]. non repetiturus si quid impedit nomine meliorationis (*).

actione pulsentur; § III. *his tabellionibus, qui huiusmodi contractuum uetitorum ausi fuerint instrumenta conscribere, irreuocabilis exilii animaduesione plectendis;* § IV. *his quoque iudicibus, uel ius gestorum habentibus, qui huiusmodi donationum uel contractuum gesta confecerint, dignitatis propriae et bonorum omnium spoliatione damnandis.* § V. *Sane ne omnis religiosis oeconomis commodae prouisionis uia et occasio uenerandis ecclesiis profutura uideatur exclusa, id, quod utile plerumque iudicatur, sub cautelae obseruatione necessario procedere concedimus. Si quando igitur uir religiosus oeconomus huius regiae urbis ecclesiae prospexerit expedire, ut desiderati cuiquam certarum possessionum atque praediorum, urbanorum scilicet siue rusticorum, ad ius ecclesiasticum pertinentium, temporalis ususfructus possessio pro ipsius petitione praestetur; tunc eius temporis, quod inter utrosque conuenerit, siue in diem uitae suae ab eo, qui desiderat, postuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat oeconomus atque conscribat, per quae et tempus, intra quod hoc praestari placuerit, statuatur et manifestum sit, quod quisque acceperit ad inuicem huiusmodi beneficii gratia, praestando quidem ecclesiastici praedii pro tempore usumfructum, post statutum autem tempus et placitum temporum redituum proprietate ad dominium et ius ecclesiasticum recurrente firmiter, ita scilicet ut, siue completo spatio, quod fuerit inter eos constitutum, siue mortis suae tempore, si hoc quoque conuenerit, is qui possessionem ecclesiasticam et certorum redituum usumfructum habendi gratia interueniente pacto susceperit, non minus quam alterius tantae quantitatis, quantae acceperat reditus, cum ipsorum praediorum dominio et rebus immobilibus, eorumque colonis et mancipiis, ecclesiae derelinquat. Nisi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non ualere; sed possessionem ecclesiasticam, tanquam nullo iure transcriptam, in iure ipsius atque dominio permanere, et ab ecclesiasticis siue oeconomis decernimus uindicari. Dat. CP. Jordane et Seuero Conss.* (V. Cod. Justin. lib. I. tit. II. leg. XIV. ed. cit. pag. 17. 18.).

(1) *Aut emphyteuticum canonem non solverit, hac lege repelli potest, ut tamen solvat totius temporis pensionem, et id, in quo rem laesit, resarciat* etc.

(*) V. Cod. cit. pag. 19.

DE PRESCRIPTIONE. XXX. UEL. XL. ANNORUM. LEX ANTIPENULTIMA LIBRI. VII.

Imperator iustinianus [a]. a. archelao p. p.

Cvm notissimi iuris sit actionem ypothecariam in extraneos quidem subposite rei detentatoresa nnorum. xxx. finire spatio [b] si non interruptum erit silentium ut lege cautum est. id est etiam per solam conuentionem. aut si etas impubes excipienda monstretur. in ipsos uero debitores aut heredes eorum primos uel ulteriores nullis expirari [c] lustrorum cursibus. nostre prouisionis esse prospeximus hoc quoque emendare. ne possessores eiusmodi immortali prope timore teneantur. Quam ob rem iubemus ypotecariam persecutionem que rerum mouetur gratia. uel apud debitores consistentium. uel apud debitorum heredes non ultra. xl. annos ex quo competere cepit prorogari. nisi conuentio aut etas sicut dictum est intercesserit ut diuersitas utriusque rerum persecutionis que in debitorem aut heredes eius que mouetur in extraneos in solo sit annorum numero. Verum in aliis omnibus ambe similes sint. in actione scilicet personali. his custodiendis que prisca constitutionum sanxit iusticia. Sed cum illud in forensibus etiam negociis et controuersiis uentilabatur [d] an creditor anteriora iura pretendens potest posteriorem creditorem ypothecam tenentem etiam ultra. xxx. annos inquietare. utpote immaginem debitoris tenentem [e] eique possidentem. necessarium duximus et hoc dirimere. Et sanctimus donec comunis debitor uiuit. non posse creditori anteriori. xxx. annorum exceptionem opponi. sed cum locum esse [f]. xl. annorum prescriptioni. quia dum ille uiuit merito ante-

(a) *Justinus.*

(b) *Finiri spatiis.*

(c) *Expirare.*

(d) *Sed quum illud etiam in forensibus controversiis ventitabatur.*

(e) *Obtinentem.*

(f) *Sed locum esse.*

rior creditor confidit utpote apud debitorem eius possessionem per posteriorem creditorem constituta. Ex quo autem in fata sua debitor decesserit. ex eo quasi suo nomine possidentem posteriorem creditorem merito posse. xxx. annorum opponere prescriptionem. et secundum hanc diffinitionem (g) computationem temporum adhibendam. ut ex persona quidem sua posterior creditor quidem. xxx. annorum. quos post mortem debitoris ipse possedit apponat (h). Sin autem coniungere maluerit (i) sue possessioni quia post mortem debitoris habuerit (j). etiam tempus quo uiuente debitore. uel ipse creditor uel comunis debitor detinuit. tunc. xl. annorum exceptionis iura tractari. et quantum deest ad. xl. annorum possessionem per quam et ipse debitor creditorem reppellere potuerat. hoc se possedisse ostendat. eodem iure per temporum computationem obseruando. et si posterior creditor anteriori creditori offerre debitum paratus est. et his creditor longeuam possessionis prescriptionem ei opponere conatur. § Illud autem plus quam manifestum est quod in omnibus contractibus in quibus sub aliqua conditione uel sub die certa uel incerta stipulationis et promissionis uel pacta componuntur (k) post conditionis exitum, uel post institute diei certe uel incerte lapsum prescriptiones. xxx. uel. xl. annorum. que personalibus uel ypothecariis actionibus opponuntur inicium accipiant (l). Vnde conuenit ut in matrimoniis in quibus redibitio dotis uel ante nuptias donationis in diem incertam mortis uel repudii differri solet (m). post coniugii dissolutionem earumdem prescriptionum curricula personalibus itidem

(g) *Distinctionem.*

(h) *Ut ex persona quidem sua posterior creditor triginta annos, quos ipse post mortem debitoris possedit, opponat.*

(i) *Voluerit.*

(j) *Habuit.*

(k) *Stipulationes et promissiones vel pacta ponuntur.*

(l) *Accipiunt.*

(m) *Assolet.*

actionibus uel ypothecariis opponendarum incipiant. § Immo et illud proculdubio est. quod si quis eorum quibus aliquid debetur res sibi suppositas sine uiolentia tenuit [n]. per hanc detentionem interruptio sit preteriti temporis si minus effluxit. xxx. uel. xl. annis. et multo magis quam si esset interruptio per conuentionem introducta cum litis contestationem immittatur ea detentio. Set et si quis debitorum ad agnoscendum suum debitum secundam cautionem in creditorem exposuerit tempora memoratarum prescriptionum interrupta esse uidebuntur quantum ad priorem cautionem pertinet. et que scilicet innouata permansit tam in personalibus quam in ypothecariis actionibus. Namque improbum est debitorem hunc contradicere qui ne sub occasione mortem [o] debitoris fiat secundam in eum supra eo debito cautionem exposuit. § In his enim promissionibus et legatis et aliis obligationibus que donationem per singulos annos uel menses aut aliquod singulare tempus continent tempora memoratarum prescriptionum non ab exordio talis obligationis. Set ab initio cuiuscumque anni uel mensis uel alterius singularis temporis computari manifestum est. Nulla scilicet danda licentia uel ei qui iure emphiteotico rem aliquam per. xl. uel quoscumque alios annos detinuerit dicendi ex transacto tempore dominium [p] in eisdem rebus quesitum esse. cum in eodem statu semper manere datas iure emphiteotico res oporteat. Vel conductori siue procuratori rerum alienarum dicendi ex quocumque temporum curriculo non debere se domino uolenti post completa conditionis tempora recipere possessionem eam reddere [q].

(n) *Tenuerit.*

(o) *Accusatione morae.*

(p) *Dominium sibi.*

(q) *Dat. Kal. Decemb. Constantinop. Philoxeno et Probo Conss.* (V. Cod. cit. pag. 481-482).

DE EMPHITEOSEOS RERUM AD SACROS LOCOS PERTINENTIUM CONTRACTU.

Emphiteoseos contractus sub hac obseruatione sanctus constituat locus. ut uiuo quidem eo qui contrahit. maneat omni modo emphiteusis. Mortuo autem eo ad heredes eius transmittatur. si forte filii sint siue masculi siue femine. aut si nepotes sint. siue neptes. aut si uxor sit uel maritus. si specialiter mariti uel uxoris nomen expressum fuerit. Alioquin ad aliam personam emphiteoseos contractus non transeat. set usque ad uitam contrahentium extendatur. nisi filios filiasue. nepotes neptesue habeant. § Procedere autem emphiteosis debet. prius requisitione cum omni ueritate atque subtilitate habita in redditu eo quod ad id tempus fuerit in quo ad sacrosanctam ecclesiam res peruenisset. eiusque redditus. sexta porcio remittatur ei qui emphiteosin contrahit. Sin autem diminutus fuerit ex aliquo casu redditus predii duorum alterum sit. uel sub eorum redditu qui tunc inueniatur sine ulla diminutione his qui contraxit accipiat predium. uel ad contractum omnino non accedat. Melius est enim locare magis predia sanctorum locorum. quia sub huiusmodi de minutionibus contractus emphiteoseos facere. § Sin autem ecclesiastici pro astu emphiteosis contrahatur preciosissimi quidem. sed tamen utilissimum redditum habentis non oportet emphiteoseos contractus ad redditus quantitatem metiri. Set extimatio pro astu fiat. et inspiciatur redditus qui per uiginti annos comparari potest ex precio pro astu et tantum redditum dare se pacisciscatur his qui emphiteosin contrahit. Ita tamen ut etiam in hoc non in perpetuum contractus extendatur. set secundum obseruationem quam sumpsimus. Sciant autem hii qui emphiteosin contraxerint quod placito redditus ab eis per biennium non dato licentia libera pre statur sanctorum locorum aministratoribus. et predia abstrahere et . . . . .

(Qui mette fine il foglio 186.° *del Registro. Ma fra questo ed*

il 187.° che gli fa seguito, non esiste relazione alcuna; giacchè, mentre col primo si lascia interrotta una disposizione legale regolatrice delle enfiteusi dei beni de' sacri luoghi, col secondo si termina invece una sentenza, mercè cui si dichiara tributario della Curia Arcivescovile di Genova un manso di certo Pietro di Ruffino. Una tale sentenza fu già stampata nel Libro dei Giuri, vol. I. *N.* CCXLIII, *col.* 217-218; *ed a me è sembrato opportuno di renderla eziandio completa in questo luogo, desumendola da quell'autentica fonte; e di riferirla in carattere corsivo sino al punto in cui viene ad incontrarsi col brano che si trova inserito nel presente Codice).*

Dum apud Sanctum Romulum in platea canonice. Vgo Januensis archiepiscopus cum sua curia resideret. Ansaldus aurie. Obertus cancellarius. iudices pro curia constituti. laudauerunt quod mansus petri de ruffino sit debitalis. indeque ipsum possidentes omne ius debitum curie omnemque conditionem annuatim de cetero reddant sicut ceteri conuicini alias terras debitales tenentes. Hoc autem ideo fecerunt quia ipsum mansum tenentes super his in ius per curiam uocati. tandem uenire contempnentes. ut rebelles et contumaces extiterant. et maxime quia testium assertione cognouerunt id ipsum quondam per curiam Siri Januensis archiepiscopi prelaudatum esse. et possessionem illius et ius ex eo competens curiam per longum tempus habuisse. excepto de parte gandulfi steche et gambetorte. qui tamen in iure confessi fuerunt ut supra legitur quondam iudicatum fuisse. Quare ipsos condempnantes. ut supra decreuerunt. laudantes ut sine contradictione ipsorum omniumque personarum per eos. ius omne ex eo competens curia deinceps habeat atque possideat. Actum apud Sanctum Romulum. Millesimo. centesimo LX. IIII, Indictione . . . . . (*lacuna*). Mense decembris (*). Testes. prepositus

(*) Nel dicembre del 1164 cadeva l'indizione 13.ª cesarea, e la 12.ª genovese.

sancti laurentii. Anselmus Bonifacius canonici. Phylippus lamberti. Anselmus pecia. Petrus de picena. Rainaldus bucafura. et alii quamplures eiusdem loci.

LAUS CONTRA PREMARTINOS DE SANCTO ROMULO.

Dum apud Sanctum Romulum in curia canonice. Vgo Januensis archiepiscopus cum sua curia resideret. Ansaldus aurie. Obertus cancellarius. iudices pro curia constituti. laudauerunt ut quicquid descendentes ex quatuor filiis premartini quoquo modo habent uel tenent per proprium aquistum uel super personas. sit debitale. Preterea mulieres tam premartinas quam ceteras alterius parentele condempnantes. a feudi beneficio excluserunt. Nam cum iam dictus premartinus antiquitus a quodam Januensi episcopo impetrasset quod quicquid ipse et quatuor sui filii adquireret. id pro feudo liberum et immune a datione fodri uel alterius conditionis haberet. illis tandem ab hac luce subtractis. descendentes ex quatuor filiis ipsius multa conquesiuerunt et super apprehenderunt. de quibus occasione beneficii in personas predictorum tantum accepti nullam conditionem curie reddere uolebant. Item mulieres tam premartine quam cetere. se ad feudi beneficium aliquam de iure comunionem habere putantes. id ipsum facere recusabant. quia igitur id beneficii premartino dumtaxat et quatuor suis filiis indultum fuisse constabat. quia etiam generalis feudi consuetudo mulieribus obstabat. nec quod specialiter cautum fuisset cum antiquitus daretur ut ad feminas quoque transmitteretur probabant. immo eciam quia prefatus archiepiscopus idoneis testibus apertissime probauit id quondam sententiam Syri Januensis archiepiscopi prelaudatum esse. idcirco prefati iudices supra memoratos memoratasque condempnantes. ut supra decreuerunt. laudantes ut tam de conquestis quam de superpensis. omne ius curie debitum reddant. mulieres eciam ut supra legitur a feudi beneficio penitus excludentes. Actum apud sanctum Ro-

mulum in platea canonice. Millesimo. centesimo. LX. IIII. Indictione . . . (*lacuna*). Mense decembris. Testes. prepositus sancti laurentii. Anselmus. et Bonifacius eiusdem ecclesie canonici. Phylipus lamberti. Anselmus pecia filius lusii. Fulco ioffredus. et Onradus frater eius. Gandulfus stcca. Galafius durbecus. et alii quamplures ibidem residentes (*).

LAUS CONTRA HOMINES DE BUZANA.

A FLUMINE ARMEANI USQUE AD SANTUM ROMULUM.

Dum apud Sanctum Romulum in curia canonice. Vgo Januensis archiepiscopus cum sua curia residet. Ansaldus aurie. Obertus

(*) Questo lodo si trova pure inserito nel precitato *Libro dei Giuri*, vol. I. N. X. col. 14-15; ed ivi inoltre gli fa seguito un atto di autenticazione, il cui tenore stimo utile di qui riferire.

Hanc uero cartam transcripsi et exemplificaui ego marinus scriba. ad instar autentice laudis quam quondam enricus iudex bone memorie composuit de reistro curie domini archiepiscopi ianue quo sollempniter continebatur conscripta. nichil addito uel minuto. excepta forte figura littere plus minusue. iussu ianue consulum placitorum. uidelicet martini torneli. corsi de palazolo. rainaldi de castello. angeloti de caphara. qui in palacio ianuensis archiepiscopi laudauerunt firmiter ac decreuerunt hanc ualere per omnia. ac si propria eiusdem enrici esset sollempni descriptione firmata. cum dominus bonifacius ianuensis archiepiscopus qui iuerat apud sanctum romulum esset in causa cum hominibus sancti romuli cum quibusdam. uidelicet occasione descendentium a premartino. per nuncios suos iamdictis consulibus supplicasset ut hanc laudem sibi admodum necessariam. ne de facili suas posset ammittere raciones. ad instar autentice reistri per manum publicam transcribere facerent. cum esset periculosum reistrum illuc defferri per mare propter maris tempestatem. siue per terram propter latrones et homines malefactores. cum de auctoritate prestanda in casibus illis quibus est necessaria speciali capitulo tenerentur. laudauerunt et decreuerunt ut supra. anno dominice natiuitatis millesimo centesimo nonagesimo secundo. indicione nona. quartodecimo die mensis februarii.

Fredentio gontardus subscripsi.

Otto pezollus subscripsi.

cancellarius. iudices pro curia constituti. laudauerunt quatinus curia deinceps habeat et proprietario nomine quiete possideat totam terram quam homines de buzana tenent a flumine armedani usque Sanctum Romulum. sine contradictione omnium hominum de buzana omniumque personarum per eos. Hoc autem ideo fecerunt quia cum curia apud Sanctum Romulum degeret. predictos homines de buzana in ius uocauit. quorum quidam uenire contempserunt. quidam autem cum ad curiam se representassent. tandem absque licentia a causa recesserunt. Quia igitur quidam tamquam rebelles et contumaces extiterant. alii sponte causam deserentes liti abrenuntiasse uidebantur. tum etiam quia testium assertione cognouerunt id ipsum per curiam quondam Syri Januensis archiepiscopi prelaudatum fuisse. idcirco supradictos condempnantes ut supra decreuerunt. Actum apud Sanctum Romulum in platea canonice. Millesimo. centesimo. sexagesimo. IIII. Indictione . . . (*lacuna*). Mense decembris. Testes. prepositus sancti laurentii. Anselmus. bonifacius eiusdem ecclesie canonici. philippus lamberti. Anselmus pecia. fulco ioffredus. et onradus frater eius. Gandulfus steca. Durbecus Galafius. et alii quamplures ibidem residentes (*).

ISTE SUNT CONDITIONES DE SIGESTRI.

In uilla que dicitur mazasco de uolta. in uno quoque anno solidos. VI. minus denarios. IIII. et tres barletas de uino. et fugacias. VI. et ista omnia dant ad natiuitatem domini.

De curia de sancto quirico de terra sancta quiriquasca. Inter papa et sanctus fructuosus et rubaldus de nasci et consortes eorum. solidos. V. minus denarios. IIII.

De uilla que dicitur salteriana de pensione solidos. XI. de his dat strambus solidos. VIII. et presbiter iohannes solidos. III.

(*) V. *Liber Jurium*, vol. I. N. CCXLIV. col. 218-219.

De terra campasca. denarios. xiii. et dimidium. pensionem.

Filii conc de uezano solidos. iii. pensionem de libellaria de uenali.

MILLESIMO CENTESIMO QUINQUAGESIMO OCTAUO.

Januensium consules. rogeron de ansaldo de ita. Oberto Spinole. et gandulfo piccamilium de communi. Consulibus de sigestri salutem.

Precipimus uobis ut iura domini Archiepiscopi nequaquam imminuatis. neque possessiones eius quas anno transacto habebat de decimis primitus uel pensionibus uel aliquibus aliis. perturbetis uel perturbari permittatis. Sed si aliquis super his conqueretur ante nos ueniat inde iustitiam percepturus. Hoc factum fuit in presentia bonorum hominum. Ingonis de uolta. et Guilielmi buroni. et Ottonis iudicis. et Oglerii danensis. et Presbiteri Rubaldi de frascaria (*).

RECORDACIO DE IUDICATO FABIANI.

Mansum de fontanilio quod uocatur curte. uinea et castaneto. et mansum quod est super bedum. et quod superat de medietate olitueti de mortedo. et uinea. et roboretum. et de aliis rebus immobilibus sicque remanent innominate et inordinate. dent per decessum uxoris mee et pro anima mea. cum conscilio archiepiscopi et presbiteri alacri. et Oglerii de Guidone. sed quamdiu uixerit in domo mea sicut bona femina habeat usum fructum omnium rerum istarum immobilium. Omne quod habeo in cazol. et in alguineldi. et in summa ripa dimitto archiepiscopo.

(*) La intimazione che sovra si riferisce, deve essere stata necessariamente fatta innanzi al 2 febbraio 1158, perchè i consoli del Comune di Genova in essa enunciati, lasciarono in questo giorno l' ufficio.

DE GASTALDATICO DE RAPALLO.

Ego Syrus dei gratia Januensis ecclesie Archiepiscopus loco et nomine gastaldionis concedo tibi Giberto Archipresbitero de rapallo decimam quam in rapallo de mari habeo. Hoc est illa nominatim que mihi ab hominibus qui non sunt de rapallo debetur. sed cum rapallinis nauigant a rapallo usque in tiberi. et redeuntes rapalli portum faciunt. Item eodem iure concedo tibi eam que mihi debetur a rapallinis et ab eis qui cum eis iuerint in prouinciam. in sardiniam. in corsicam. messine. napoli. et ubicumque extra predictum terminum. et redeuntes similiter portum fecerint in rapallo. Quam scilicet uolo ut deinceps nomine meo bona fide recolligas. et nouem partes curie nostre uel certo misso nostro assigneris. et decimam partem tibi retineas. hoc in potestate mea retento ut quandocumque uoluero facere possim. Actum in palacio nouo archiepiscopi qui coram testibus inferius descriptis pre nomina. . . . .

(*A questo punto finisce il foglio* 188.°, *e l' atto rimane incompleto. Il* 189.° *principia col seguente lodo consolare*).

LAUS TERRE QUE DICITUR FONTANA IN QUA PITETI HABITANT.

In palatio Januensis Archiepiscopi. Consules. Rogerius iuste. Wilielmus crispinus. Fredenzonus gontardus. Philippus bonefacii. laudauerunt quod domnus Vgo Januensis Archiepiscopus ammodo habeat et nomine proprietatis possideat sine omni contradicione Wilielmi maulouree de cugorno et filiorum atque uxoris nepotis illius et omnium per illos. Terram illam de lauania in qua habitant Picteti et uxores supra plebem. et illam que nominatur filorana. Hoc ideo factum est. quoniam conuenit illos proponens has terras sue curie esse. et pitetos illos qui in ea morabantur famulos esse suos.

et per grande et anticum tempus eas terras pro curia ueluti famuli tenuisse. que quidem et ipsi pileti confitebantur. Addidit etiam quod uiolenter expulerant ipsos piletos de terra illa. nec stare permittebant. et abstulerant illis tantum uini. caprarum. porcorum et grani que ualuerunt libras tres. Quibus sepe et sepius citatis. uix aliquando se consulatui presentauerunt. negantes primo terras predictas esse curie. Postremo tamen confessi sunt eas curie esse. et quod pensio annualis pro illis datur uasallis curie. Set nichilominus ob solita molestatione et inquietamento cessauerunt. Immo si malum fecerant peius postea sunt operati insurgentes in miseros illos piletos. Datis itaque testibus. probauit dominus archiepiscopus supra memoratas terras curie sue esse. et quod uiolenter expulerant ex illis piletos famulos curie. et quicquid apud illos inuenerant uiolenti abstulerant. Jurauerunt etiam pileti iussu consulum quoniam tantum uini. caprarum. porcorum. grani abstulerant sibi quod ualuit libras tres. Ideoque illos condempnantes. laudauerunt ueluti continetur superius. Condempnauerunt etiam illos in solidis triginta et propter uinum et fructum huius anni que contra deuetum consulatus pariter uiolenter ceperunt. et admoniti restituere non curauerunt. In solidis etiam uiginti sex pro duplo bandi quod pro illis consulatui soluit eosdem pariter condempnauerunt ueluti iuramento tenebantur. Possessionem uero tradere eidem fecerunt per suum executorem. Millesimo. centesimo. Septuagesimo Secundo. Septima die exeuntis decembris. Indicionis quinte (*).

LAUS DE CONFINIIS TERRITORII DE SAURI UBI DECIMA DEBEAT COLLIGI.

Testes. Magister Rainaldus. Gerardus de Archiepiscopo. Mussus adoli. Bertholotus nepos malcaualche. In palatio Januensis Archiepiscopi. Dominus Hugo Januensis Archiepiscopus laudauit et affir-

(*) V. *Chartarum*, vol. II. N. MDXLIV. col. 1037-1038.

mauit ut plebs sauri et sui consortes dehinc habeant et quiete possideant decimam que est infra hoc territorium. Videlicet. speronis mons reuertitur usque in fossatum floranum et usque in roffinatum. et usque in costam de bergoana. et usque ad ceruicem de boco. et usque ad pratum archiepiscopi. Hanc uero decimam sicut in his confiniis dicitur habeant dehinc et quiete possideant sine omni contradicione fulconis de castro et fratris sui ac omnium heredum suorum cunctarumque personarum per eos. Hoc ideo fecit quoniam predictus fulco et frater eius dicebant quoniam prefata plebs et sui consortes hanc decimam habere non debebant. Ideoque lis inter eos orta est coram predicto domino Archiepiscopo. et prenominatus dominus Archiepiscopus misit nuntios suos. uidelicet Magistrum Anselmum et presbiterum Johannem sancte marie de Castello in plebeio Sauri. et cognouerunt ueritatem isti per idoneos testes quos iurare fecerunt quod decimam prenominati territorii erat plebis et suorum consortum. et ipsi testes iubente et presente fulcone de castro iurauerunt dicere ueritatem. Idcirco decreuit eam eis ut supra diffinitur. Millesimo. centesimo Septuagesimo. Mense februarii. Indicionis Secunde.

Hoc est exemplum de cartulario macobrii scriptum. qui morte preuentus complere minime potuit. quod ex his rogatus fuerat publicum facere instrumentum. ob utilitatem itaque contrahentium Consules Otto fornarius. Bonus uasallus ususmaris. Fredenzonus gontardus. Philippus bonefacii. cartularios illius et xedas suscipientes mihi eas tradidere. precipientes ut uice illius complere que abreuiauerat instrumenta. laudantes ut eam uim teneant et auctoritatem ac si ille complesset et in mundum uniuersum redigisset. Millesimo. Centesimo. Septuagesimo. Decima die Octubris. Indicionis tercie.

REFUTATIONEM DECIME.

In manibus domini Syri Januensis Archiepiscopi. Refutationem fecit Alcherius guaraccus de omnibus decimis quas ipse tenebat pro feudo ab ipso domno Archiepiscopo. siue in ciuitate. siue in uillis. et hoc fecit in presentia horum testium infirmitate unde mortuus fuit. Presbiteri Rubaldi sancti laurentii. Presbiteri Johannis sancti nazarii. Presbiteri andree sancti uincentii. Presbiteri ottonis papiensis. Guilielmi gener alcherii. et Guilielmi custodis.

LIBELLUS DE FONTANA PAUPERA IN PLEBEIO CARANCIE.

Cum Cum Peto defensoribus teudulfus sancte Januensis ecclesie humilis episcopus. Vti nobis adelbertus et azio iermanis una cum uxores et filiis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedere debeamus. Titulo conditionis locare nobis iubeatis. petimus nos res iuris ecclesie uestre sancti iohanni de plebe carantia. qui posite sunt in loco cui nominatur fontana paupera. uel in eius territorio. Omnia quinta portione ex integra. tantum petimus nos suprascripti petitores quantum antea tenuit paulo qui genitor noster in suprascriptis locis. ut in dei nomine debeant dare sicut a presenti dedit ipse domnus teudulfus episcopus eorum germanis a pensione ficto reddendum libellario nomine usque dum tempus uos uel uestris heredibus fuerint. Hoc sunt suprascriptis casis et rebus iuris eadem ecclesie sancti iohanni quibus sunt positis in suprascripto loco fontana paupera uel in eius terretorio. omnia et in omnibus in suprascripta quinta portione In Integrum. Ea uero ratione in tali modo aut suprascripti iermanis uel suorum heredibus aut suorum missis suprascripta quinta portione de predictis rebus habere et possidere debent. et faciant ubi aut ex frugibus earum rerum uel censum. quibus exinde domnus dederint

quicquid uoluerint sine omni contraditione eidem teudulfi episcopus uel eius successoribus. ita ut per eis meliorentur nam non peiorentur. et persoluerent exinde debent per singulis annis ficto granum frumento solidos. II. sigale solidum. I. ordeo solidos. II. spelta solidos. II. et pro berbice et capra denarios. III. argentum denarios bonos. III. de pullo. I. granum dent per omni mense septembris. ipsos denarios pro berbice et caprea dent per omni mense madio. argentum pullo dent pro omni missa sancti martini dompni teudulfi episcopi uel suo misso in plebe carancia per se ipsis suprascriptis germanis. uel suorum heredibus aut suorum missi. alia super imposita eis non fiant. Facto petitorio mense mense madio. indictione quarta. Regnante domno nostro hugo hic in italia anno. xx. et lotario filio eius anno quinto. x (*). Acto ienua feliciter.

✝ Teudulfus episcopus in hoc libello subscripsit.

Petrus iudex domni regum rogatus subscripsit.

Siluester presbiter ex iussione domni teodulfi episcopi subscripsit (**).

DE NERUI. DE RAINALDUS GOBUS.

In palacio Januensis archiepiscopi. Consules Obertus cancellerius. Ido gontardus. Johannes malus ocellus. laudauerunt quod domnus Syrus Januensis archiepiscopus deinde habeat et possideat sine contradicione Rainaldi gobi et omnium personarum per eum. Nominatiue terram illam de nerui de qua Rainaldus mouebat controuersiam aduersus domnum archiepiscopum. Videlicet de terra que fuit alberti lingue et uxoris. et illa quam acquisiuit ab baldeto et consortibus ab terra domni archiepiscopi usque ad terram scarelle. et a strata usque ad uiam superiorem. quod neque ab eo ab

(*) Di Gesù Cristo 946.

(**) V. *Chartarum*, vol. II. N. XXIV. col. 39.

aliqua (*persona*) pro eo ulterius conueniatur. Set Rainaldus ab huius terre peticione sit exclusus. Hoc ideo fecerunt quia Rainaldus mota huius terre controuersia cum domno archiepiscopo coram consulibus. compromisit in consules predictos absque sacramento cum domno archiepiscopo. promittendo ratum habere quicquid ipsi concorditer pronuntiarent sub pena librarum centum uicissim stipulata. et insuper Rainaldus liti abrenunciando. Qui consules prouidentes pocius misericordie quam iuri. iusserunt domno archiepiscopo dare illi libras. xxiiii. medietatem uidelicet festo natalis domini et aliam proximiori futuro. et laudauerunt terram domno archiepiscopo ut prediffinitur. Millesimo. cliiii. die kalendis februarii. indicione prima. patre Rainaldi iubente (*).

EMENDATORES BREUIUM HOC CAPITULUM IN BREUE COMPAGNE SCRIPSERUNT PRO DECIMA DE MARI.

Millesimo. Centesimo. lxvi. Indicione. xiii.

Ego postquam rediero ex aliquo itinere ante quam exhonerem. soluam drictum moduli. et ignis. et domini archiepiscopi. secundum quod consuetudo itineris exegerit in ordinatione Consulum. et si obliuione remanserit. ex quo fuero recordatus. infra diem terciam id exsoluam (**).

Dominus Hugo Januensis Archiepiscopus conquestus fuit super baldum pesalardum de uulturi et socios qui duxerant de sardinia nauem oneratam grano. querens per unumquemque hominem qui in naui illa uenerant minam unam grani pro decima maris. et uocati primo contradixerunt dicentes se non debere nisi duas minas. unam uidelicet pro quoque temone. quia sic est consuetudo plebis de

(*) Ibid. N. ccxxxvi. col. 281.

(**) V. Olivieri, *Serie dei Consoli* ecc. pag. 194.

uulturi et hominum de pelio. et ob hoc consulatus uulturis et pelii uenit ante consules. et audita ratione et consuetudine curie Archiepiscopi. noluerunt amplius contradicere. Immo sunt de hac consuetudine confessi. et ob hoc dedit Baldus predictus et socii missis Archiepiscopi minas grani undecim quas quesierat. et quod uenerat in naui illa quam duxerant de sardinia.

Hoc fuit in consulatu Rogerii iuste. Wilielmi crispini et sociorum (*). et sic est scripta confessio hec in cartulario sui consulatus.

HEC EST PENSIO MERULI DE CASTRO.
DE HOC UNDE HABET LIBELLARIAM IN BARGALIO.

In palacio Januensis Archiepiscopi. detulit fulco de palauagna pensionem denarios. XIIII. ex parte filii meruli de castro et uxoris predicti meruli. pro medietate libellarie de bargallio et de illis pertinentiis de quibus habent libellos scriptos. et dedit eos in presentia domni Syri archiepiscopi in manus alexandri coram testibus istis. Episcopus Olricus sancti petri de azo. et obertus diaconus. et bigotus iudex de papia. Aliam autem medietatem tenet Guilielmus arnaldus pro uxore sua que fuit amita prefati meruli. Anno dominice incarnacionis. Millesimo. centesimo. XLVI.

DE PENSIONE LOCI DE SANCTO PETRO DE ARENA
QUEM TENET FILIA APPARUIDI.

In presentia Gregorii qui fuit abbas sancti andree filii ansaldi apparuidi. et Guilielmi monachi predicti monasterii de sesto magister scole. et bucconis de molaciana. Accepit alexander ab aidelina filia prefati ansaldi et sorore predicti gregorii monachi denarios sex. nominatiue pro pensione unius anni de manso uno quod est in sancto

(*) Dal 2 febbraio 1172 al 2 febbraio 1173.

petro de arena ante ecclesiam sancti martini. et marabotus tenuit eum pro episcopatu. et confessa fuit se debere persoluere.

Anno dominice incarnacionis Millesimo. centesimo. XL. VI.

DE NAUIBUS ALEXANDRIE.

In palacio Archiepiscopi Januensis. Consules. Wilielmus marini. Corsus simundi. Boamuns odonis. Opizo sardena. laudauerunt quod Amicus uacca teneatur soluere et soluat Domno Syro Januensi archiepiscopo tredecim solidos et medium Januensis monete. Quod uero ideo factum est. quoniam lamentatus super eum dicens illum sibi debere solidos uiginti duos et medium pro decima antiquitus constituta super naues ad mercationes per pelagus euntes. et huius decime integra solutio ad nautas solummodo spectare. Quibus tanquam pro labore seu merito colligende decime super cunctos in huiusmodi nauibus nauigantes duo solidi et dimidium relaxantur uel pastum unum ad curia prestatur. Reliqua summa curie integra soluitur. Cui licet predictus Amicus concederet hanc illi decimam deberi. excipiebat tamen se nolle soluere nisi pro numero negociatorum qui in naui perrexerunt ueluti sibi ex ea summa personatim competebat. Neque sibi imminere honus colligende super alios licet esse nauta. cum solidos duos et dimidium seu pastum renueret. Super quibus cum diutius foret utrinque litigatum. demum cognouere consules hanc decimam super naues antiquitus ex consensu ciuium constitutam que de ianua exeuntes per pelagus ad negociationes uadunt. non obstante eo quod dicebatur si naute illas in aliis locis uendiderint. honus quo eisdem colligende ad nautas spectare. Quare uti prelegitur laudauerunt. Reliquum ab his tum ipso Amico personaliter per se tum socio suo nauta sine lite soluentibus. Millesimo. centesimo. quinquagesimo nono. quinto die exeuntis marcii. Indicione. VI.

DE MOLENDINO PULCIFERE.

Breue recordationis de conuenientia que fuit inter lanfrancum et obertum et amelium atque guilielmum germanos filii quondam..... et inter airaldum episcopum. et paganum de uolta simul cum fratribus suis. benencasa. et ingonem. et obertum germanum. filii quondam merlonis. tali ordine quod suprascriptus episcopus simul cum suprascriptis consortibus suis. filii merlonis. et paganus de uolta. cum germano suo debent dare per unumquemque annum iam dicto lanfranco et fratribus suis quinque pullos et quinque azimas. et lanfrancus cum fratribus suis non debet eis uetare aquam in glaria sine lesione terre. nec clusam antiquam de feo. tali modo quod non noceat molendinis lanfranci. nec fratribus suis. qui est modo edificatus (*sic*) in fluuio pulcifere. uel molendinis quos suprascripti germani in predicto fluuio edificauerint. Ita fuit hec conuenientia facta quod ille qui obnoxius apparuerit. et uoluerit corrumpere hoc quod superius legitur. componat alteri parti libram unam auri optimi. Hec conuenientia fuit facta per laudacionem nostrorum consulum. scilicet guidonis de rustico de herizo et guidonis spinule. In presentia lanfranci aduocati. et lanfranci roze. et nigri de durbeco. et boni iohannis struci. et fratris sui. et guilielmi meli. et oberti futi monacha. et anselmi pici. et iohannis grugni. et opizonis scannicanti. et oberti usu de mari. et reliqui plures.

Millesimo. centesimo. quarto. mense februario. Indicione. XII.

Ego guiniguisius iudex scripsi per laudem eorum.

DE PENSIONE DOMUS ALBERTONIS OSBERGERII.

In palacio nouo sancti laurencii. In presentia consulum ac testium. Zebe. Guilielmi nigri (*). Guilielmi pezulli. Guilielmi piperis. Arnaldi

(*) Questi due soltanto erano allora fra i consoli. L'anno indicato nell'atto, abbenchè si dica *dell' incarnazione*, è il volgare.

de turca. Ottonis de bono uillano. Oberti de insula. Rainaldi filii zebe. et alii plures. Dedit Albertonus osbergerius cum uxore sua presente in manus alexandri solidos tres propter pensionem domus sue. que est libellaria archiepiscopatus. et dedit eos de hoc quod erat offensus quia non persoluerat. et promisit se de cetero semper persoluere in unoquoque anno denarios. VI. Anno dominice incarnacionis. Millesimo centesimo. XLV. mense iulii. indicione. VII (*).

DE PENSIONE GUILIELMI PIPERIS DE DOMOCOLTA.

Oglerius danisius accepit a Guilielmo pipere duos denarios. pensionem pro domocolta. sub eo tenore. uidelicet. saluo omni iure archiepiscopatus. et in presentia testium. uidelicet. Vgo iudex. Rainaldus de zeba. Gandulfus sardina. Vgo larcarius. Giso sardina. Rainaldus filius eius. Vgo seruiens archiepiscopi. et alii plures. In palacio nouo. Rainaldus iudex. Vasallus siuolator. Vgo de baldicione. Anno dominice incarnacionis. Millesimo. centesimo. XL. V. Indicione. V (**). decimo die exeuntis mense marcio.

DE MEOLEGO.

Ego Syrus Januensis archiepiscopus loco tibi petro durdugio tuisque heredibus quandam terram iuris ecclesie sancti Syri positam in medolico. loco ubi dicitur Cerru. usque ad annos uiginti nouem expletos. Cui coheret. ab una parte terra oberti. Ab alia terra Archiepiscopatus. Ab alia terra altilie. A quarta uia publica. Infra istas coherentias tibi tuisque heredibus tanquam colono In Integrum loco. Ita tamen quod debes hanc terram meliorare et colere. et domum reficere et meliorare. ac in unoquoque anno pensionem

(*) V. *Chartarum*, vol. II. N. CCXVII. col. 259-260.

(**) Nel marzo del 1145 correva l'indizione 7.ª genovese, e l'8.ª cesarea.

spallam et solidos duos denariorum Janue curie inferre et medietatem tocius fructus huius terre. nulla alia condicione debet augeri. neque ab me uel meis successoribus tibi uel tuis heredibus ante prediffinitum terminum auferri. nisi illam male laboraueris aut si condicionem non solueris. Hanc enim locacionem tibi facio. et usque ad predictum terminum tibi tuisque heredibus defendere et auctorizare spondeo. Finitis siquidem annis. XXVIIII. liceat curie in terram illam introire et cui uoluerit locare. Actum in camera palacii feliciter. Testes. Obertus sulpharus. Oglerius danisius. Bugius et Ferrarius fratres. Bonus iohannes de porcili et Obertus frater eius ad hoc specialiter conuocati. Millesimo CLV. septimo die intrantis marcii. indicione. II.

In ecclesia sancti laurentii. Arbitri. Philippus lamberti. Wilielmus buferius. laudauerunt quod donnus Syrus Januensis ecclesie archiepiscopus eiusque successores deinde habeant et possideant sine contradicione martini ceresiarii et omnium personarum per eum. Nominatiue totum illud quod martinus ceresiarius tenebat in uico per libellariam archiepiscopi cum omnibus eius pertinentiis et exitibus. Hanc uero laudem prefati arbitri ideo fecerunt. quia cognouerunt hanc terram fuisse locatam martino libellario nomine. tali pacto quod non debebat eam peiorare. Quod si faceret. liceret domino archiepiscopo suisque successoribus terram illi auferre. et quicquid ipsis placeret facere. Nam cognouerunt arbitri martinum cecidisse centum uiginti quatuor bonas arbores castanearum de illa terra ad tempore libelli. Et idcirco quia terra ista plurimum uidebatur ipsis peiorata. cum pacta quibus leges fauente iure celebrari oportet laudauerunt ut prediffinitur. Salua racione edificii domus que hac laude nullomodo minuatur. Millesimo. CLI. mense iunii. Indicione XIIII.

In palacio Januensis Archiepiscopi. Consules. Ingo de uolta. Elias. laudauerunt quod a termino qui distat longe a tercia pilla pontis

cannelle uiginti et octo. porcelli non capiant aquam in sursum. set ab illo termino usque ad alium terminum qui est ultra bisaniam. qui distat longe ab eo cannelle uiginti et pes medius. accipiant aquam et faciant paratam. sed non amplius in sursum. neque per transuersus. et ab hoc terminum discurrat aqua per rectam lineam usque ad terminum quem consules posuerunt. et distat ab isto cannelle duodecim minus pes medius. iuxta quem terminum uel ab illo in iusum ubicumque uoluerint faciant discurrere aquam ex transuerso per terratorium recta linea per illos terminos quos consules posuerunt usque in cluuiam Johannis blanchi que est iuxta uiam. ita quod hec aqua non faciat maiorem reboccum molendinis Johannis blanchi nisi sicut soliti sunt habere. Hanc laudem ideo fecerunt. quia uiderunt testes utriusque partis per dicta quorum moderationem contemplantes laudauerunt ut supra legitur.

Millesimo centesimo. XL. Mense Januarii. indicione secunda.

Hanc itaque laudem ego Ottobonus scriba exemplificaui et scripsi ad instar illius quam Bonus uasallus caput galli scripserat. nichil addito uel diminuto iussu consulum placitorum Tanclerii philippi. Rubaldi porcelli. Oberti pedicule. Corsi de palazolo. Qui in palatio Januensis Archiepiscopi laudauerunt hanc ualere et eam uim et auctoritatem per omnia obtinere ac si propria manu ipsius Boni uasalli capitis galli sollempniter scriptam foret atque perfectam. supplicatione yconomorum domini archiepiscopi. Annuentes cum in quadam parua cartula per eundem bonum uasallum conscriptam. que cito quodam infortunio posset amitti aut uetustate consumi. unde curia domini archiepiscopi posset ad damnum et incomodum maximum peruenire. nec in scriptis predicti Boni uasalli abreuiarium ipsius quoquo modo inueniretur. Millesimo. centesimo. Octuagesimo primo. Indicione terciadecima. Sextodecimo die intrantis Januarii (*).

(*) V. *Chartarum*. vol. II. N. CLXXXV. col. 231-232.

† In ecclesia sancti laurencii. Consules. Wilielmus tornellus et Ansaldus golia. in causis et controuersiis que inter ciues et extraneos uertuntur concognoscendis et diffiniendis constituti. laudauerunt quod Januensis Archiepiscopus ammodo possit capere ubicumque inuenerit et uoluerit de rebus Grimaldi portus ueneris. Johannis lombardi. et Mercadanti. et de rebus omnium illorum qui in ligno de quo naculerii erant. nuper de Corsica ueniente. uenerunt. minam unam grani aut ualens pro unoquoque homine. et hoc sine omni contradicione Grimaldi. Johannis lombardi. Mercadanti. et omnium illorum qui in ligno illo uenerunt et eorum heredum ac omnium pro eis personarum. Quod ideo fecerunt quoniam Januensis Archiepiscopus uel eius procurator de predictis hominibus ante prefatos consules querimoniam deposuit. ab unoquoque petens minam grani unam pro decima Archiepiscopatus. Prefati uero homines portus ueneris dicebant se dare non debere. ideo quia nemo portus ueneris de corsica ueniens erat solitus dare decimam. Januensis autem Archiepiscopus uel eius procurator se probare asserens quod homines portus ueneris dare debebant minam unam grani pro decima maris pro unoquoque homine sicut ciues Janue dant. et hoc idoneis testibus sufficienter probauit coram predictis Consulibus. et etiam ostendit illis publicum instrumentum in quo continebatur homines portus ueneris dare debere pro decima maris tantum quantum et ipsi ciues Janue. et uiderunt publicum instrumentum quod omnes homines Januensis Archiepiscopatus dare debent decimam Archiepiscopo Januensi. Visis tandem rationibus utriusque partis. et allegationibus diligenter accognitis. et uisis testium dictis. et uisis publicis instrumentis. prefatos homines condempnantes ut supra legitur laudem mandauerunt. Millesimo. centesimo. septuagesimo octauo. Indicione undecima. sexto decimo die mensis nouembris (*).

(*) V. *Chartarum*, vol. II. N. MDLXXI. col. 1067.

Ego obertus sulphur recordationem facio de quodam placito quod habui cum balduino quando remansi apud sanctum Romulum in uice domini Archiepiscopi. Me existente ibi. conquestus fui aput consules illius loci de quadam domo quam balduinus tenebat de curia. que erat uxoris sue et cognate. Set balduinus per consilium tutorum uxoris sue et cognate. uidelicet rainaldi iudicis. petri rolandi. petri picene. et aliorum suorum parentum et amicorum. talem se exhibuit erga obertum sulphurem qui erat ibi in loco domini archiepiscopi. quod sine omni placito respuit predictam domum curie. Et hoc fecit in presentia Rainaldi iudicis. petri rolandi. petri picene. qui erant tutores uxoris et cognate sue. et multorum aliorum hominum. His factis et bene preordinatis. balduinus iuit Januam cum oberto sulphure. et obtulit se ante presentiam domini archiepiscopi. et coram eo confirmauit refutationem de predicta domo quam fecerat oberto sulfuri. et de hoc promisit penam dupli in bonis suis. si ipse uel uxor eius uel cognata ammodo faceret aliquam querelam de hoc. et fecit fidelitatem domino archiepiscopo. et dominus archiepiscopus inuestiuit eum de feudo recto quod socer eius tenebat pro se et pro cognata sua. Et si cognatus ammodo ueniret ad sanctum Romulum. balduinus de hoc feudo debebat stare in precepto curie.

Testes. Philippus de lamberto. Obertus sulphur. Opizo iudex de placencia. Presbiter guilielmus sancti romuli. Presbiter Rubaldus. Bonus manerius. Obertus de ponzio.

. . . . supradicta fecit balduinus per consilium tutorum uxoris et cognate sue. et in presentia earum misit obertum sulphurem in possessionem de domo.

DE SANCTI ROMULI.

Syrus dei gracia Januensis archiepiscopus consulibus sancti Romuli et eiusdem loci cunctis fidelibus suis in domino ihesu christo gratiam et salutem.

Quando uenimus ad uos cum sapientibus de curia nostra. ponimus iudices aliquos de melioribus uasallis nostris Januensibus qui inter nos et uos de uniuersis questionibus iudicent. si qua super his tunc facta fuerit declamatio. Atque de quibus sententiam dederunt. ratum et firmum tenetur eorum iudicium sicut fuisset imperatoris. Similiter etiam fit de omnibus querelis quas habent homines sancti Romuli inter se. uidelicet uicinus contra uicinum. ut eas ad curiam nostram deferant iudicandas. Firma namque deliberatione firmatum est a sapientibus de curia nostra quod illi qui descenderunt legittime a quatuor filiis presbiteri martini sint contenti illo feudo unde tempore uite illorum ipsi fuerant inuestiti. Reliqua uero que postea super apprehenderunt omnia sint ad usum et utilitatem curie nostre deputata. Precipimus ergo uobis ex debito consulatus uestri et nostre fidelitatis ut constringatis nepotes pagani de columba et petrum rolandi quod omnes super adprehensas post feudum quatuor filiorum presbiteri martini consignent et reddant castaldionibus nostris sine aliqua controuersia. Similiter etiam fiat de omnibus super adprehensis post feudum presbiteri martini quatuor filiorum.

Dominus Syrus Januensis archiepiscopus inuestiuit in camera sua in presentia Guilielmi Archipresbiteri de bargalli. presbiteri Joannis de salterana. Magistri Vgonis sancte marie de uineis. Ansaldi sulphuris. Boni uasalli pichenelli. Bibentem aquam de rapallo usque ad. xv. annos. de decima quam presbiter Obertus de sancto michele de Rapallo tenebat. Ea propter predictus bibens aquam iurauit coram domino Archiepiscopo et supradictis testibus hanc decimam amplificare. bonificare. ac defendere. et si aliquis uellet ei inde facere iniuriam uel impedimentum. quam cicius posset domino archiepiscopo uel suo certo misso notificare. et dare curie in unoquoque anno solidos. xxxv. aut octo diebus ante festum sancti andree. aut octo post. et semel uenire in seruitium curie in anno. et quando homines curie uadunt ad forum rapalli debet dare pastum unum duobus hominibus uel. xii. denarios.

Hec omnia iurauit bibens aquam super sancta dei euangelia bona fide obseruare et adimplere. nisi iusto dei impedimento uel obliuione uel domini archiepiscopi licentia remanserit. Anno domini. Millesimo. Centesimo. quinquagesimo nono. Indicione sexta. xv kalendas Madii.

Dominus Syrus Januensis Archiepiscopus inuestiuit Rainaldum filium lanfranci de castello et Vgolinum de brosono et iohannem generum seruidei. de decima que est in bombellio. et uignal. et rumallo. et certenno. usque ad decem annos. hoc modo. Rainaldus debet habere tres partes. Vgolinus et Johannes quartam. de hac quarta Johannes duas partes. Vgolinus terciam. Vnde Rainaldus. Vgolinus. Johannes. iurauerunt super sancta dei euangelia amplificare bonificare hanc decimam. et si aliquis uellet eis facere iniuriam uel impedimentum de hac decima. debent hoc notificare domino archiepiscopo uel suo certo misso. et debent dare curie in unoquoque anno. vii. solidos. aut octo diebus ante festum sancti andree. uel quatuor post. et semel uenire in seruitium curie in anno. Hec omnia iurauerunt predicti Rainaldus. Vgolinus. Johannes. bona fide obseruare. coram domino Syro Archiepiscopo. presentibus. presbitero iohanne de salterana. Ansaldo sulphure. gargano de leui. et ansaldo. Oberto et Alberto de leui. nisi iusto dei impedimento uel obliuione aut licentia domini Archiepiscopi remanserit. Anni domini. Millesimo. Centesimo. quinquagesimo nono.

In nomine domini dei et saluatoris nostri ihesu christi. secundus enricus gratia dei imperator augustus. anno imperii eius deo propitio primo (*). quinto Kalendas iunias. indicione. xv. Vobis ursoni de nespulo filius quondam mauroni et martinus de uitali filius quondam bonizoni. et arnaldo de clapedo filius quondam guidoni. et mauro

(*) Di Gesù Cristo 1047.

de costola filius quondam martinus. et mauro filius quondam michael. et item mauro filius quondam martinus. et urso de lo casale filius quondam martini. et martinus mazardo filius quondam andree. et gotizoni filius quondam martini. famuli sancti Syri. Nos albericus et alberto iermanis filii quondam ledoni. et andrea de feleto filius quondam iohannis. et andrea filius quondam lupus. et martinus germanis ipsius andree. et ihoannes filius quondam bonizoni macannano. et loperto de cano filius quondam andree. et petrus de la sala filius quondam alberto. et petrus pontio filius quondam andree. et pontius. et iohannes de paneca filius quondam ledonis. et iohannes de subtus ripa. et iohannes ocellus filius quondam iohannis. et iohannes de maliolo filius quondam ursoni. et grimaldus filius quondam mauroni. et andrea de pomario. germano ipsius grimaldo. arimanori. uel nostris filiis filiabus uel heredibus. Vobis quibus supra famulis sancti Syri uestrisque filiis filiabus uel heredibus. ut amodo nullum quam in tempore non habeamus licentiam nec potestatem per nullum ius. ienium. nullamque occasionem quod fieri potest. agere nec causare. nominatiue terciam porcionem de plebe ecclesie sancti georgii que est edificata in uilla bauali. simul cum tercia porcione de oblacionibus et luminaria que in eadem ecclesia intrauerint. et dominus annue dederint (*sic*) In Integrum. quod si amodo aliquando tempore nos qui supra omnibus arimanori. uel nostris filiis filiabus uel heredibus. Vobis quibus supra ominibus quod sunt famuli sancti Syri. uestrisque filiis filiabus uel heredibus. de suprascripta tercia porcione predicta plebe cum predicta oblacione et luminaria quas superius alere aut causare presumpserimus per nos aut per nostras sumittentes personas. aut si apparuerit ullum actum aut factum. uel colibet scriptum quod nos exinde in alia parte fecissemus aut remisisemus uel deinceps in antea remittamus et claruerit. et omni tempore exinde taciti et contenti permaneamus sicut supra legitur. Tunc spondimus nos qui supra arimanori uel nostris filiis filiabus uel heredibus. componere

uobis quibus supra famulis uestrisque filiis filiabus uel heredibus pena auro oblinebo (*) libras decem. quod et ad hanc confirmandam promissionis cartam accepimus nos qui supra arimanori. aut uos iam dictis famulis exinde lonachint uestimentum unum ut et nostres (*sic*) promissio sicut supra legitur omni tempore firma et stabilem permaneat atque persistat. et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod uoluissemus. set quod a nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promittimus cum stipulacione subnisa. Actum ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. m. manibus istorum omnibus arimanori qui hanc cartam promissionis fieri rogauerunt. et isto lonachint acceperunt et ei quod relecta est.

Signum m. m. m. m. m. manibus Jenoardo et brunengo. et baldo. et bonizoni. et odo. lege uiuentes romana. testes.

HOC EST DECRETUM QUOD ARCHIEPISCOPUS FECIT CUM CURIA SUA IN MOLACIANA CURIA.

In curia molaciane. in presentia curie sue. uidelicet. Ottonis iudicis. et Guilielmi filii caphari. et Zebe. et marchionis iudicis. et Alexandri yconomi. et Oglerii danisii. et boni uasalli capud galli. et aliorum . . . .

(*Qui ha termine il foglio* 197.° *Seguita il* 198.°, *colla continuazione di un atto di giuramento di fedeltà prestato all'Arcivescovo dai servi che la sua Curia aveva in Molasana, come si apprende dal Capitolo che gli tien dietro, nel quale vengono registrati i nomi degli stessi*).

par suo domino. tali modo quod non ero in conscilio neque in facto quod dominus Archiepiscopus amittat membrum aliquod siue

(*) Forse *obtimo*.

uitam suam. neque in prensione aliqua ponatur. siue in carcere. et si de suo certo malo cognouero uel audiero. quam cicius potuero. cum expendio ipsius. sibi uel per me uel per meum nuncium certum notificabo. et honorem suum in quantum ualuero et bona ipsius episcopii que odie habet siue habuerit pro meo posse iuuabo retinere. et conscilium aliquod si mihi dixerit ego celabo et tenebo secretum sicut mihi iniunxerit. Et non uendam neque alienauero terram uel molendinis ipsius episcopii alicui nisi in famulos predicte curie. nisi per preceptum ipsius uel successores eius. Et si uendidero aliquo in tempore aliquam terram. illam conditionem quam persoluebam in cartulam ipsius cui uendidero faciam ponere secundum ipsam partem quam ei uendidero.

Hec omnia obseruabo bona fine. sine fraude et malo ingenio.

DE CURIA MOLACIANE. SEQUUNTUR NOMINA FAMULORUM. CAPUT. IIII.

Hec sunt nomina eorum uel illorum famulorum qui fidelitatem Januensi Archiepiscopo fecerunt nomine famulatus de curia molaciane. qui erant famuli per se aut pro uxoribus illorum que sunt famule. et pro terris ipsius curie quas tenere uidentur. et super fidelitatem quam ex debito debent facere fecerunt suprascriptum sacramentum.

Paganus de casa de uia. Bonus iohannes magister et frater eius. Anfossus de oliua et frater eius. Johannes de oliua. Johannes de clusura. Bonus martinus. Johannes morellus. Anzo. et Bonagente fratres eius. Secans fenum. et Giselbertus frater eius. Johannes cotus. et alerius filius eius. Quarterius. Clericus brunus. Viuianus de tracosta. Lanfrancus de codula. Guandalinus ioculator pro uxore. Fulco mastrello. Brugno de glaredo. Filii alberti de prado. Villanus. Johannes molestia. Guilielmus de glaredo. Obertus de ualle. Andrianus de campo domnico. Anselmus de roza. Baldus colisellus. Clericus de prado. Marchio de campo casturno. Petrus de subptus ripa. An-

dreas frater eius. Gandulfus de campo casturno. Molaciana. Obertus de canus. Filii guaita folie. Alexius pro uxore. Johannes filius oberti de campo casturno. Bonus bellus de casa de uia. Andreas presbiter frater eius. Johannes rex et fratres eius. Albertus de costa. Curradus de casa de uia et frater eius. Albertus frigidus. et Ido fornarius frater eius. Bonus iohannes de subptus curia. Obertus buronus. et Buconus frater eius. Johannes filius pagani de campo domnico. Obertus calcaneus. Ansaldus medius panis. Bonus iohannes de campo domnico. Petrus frater eius. Boso de monte. Girardus cucul. Donatus clapucius. et Donatus de campo domnico et fratres eius. Johannes rico. Bonus bellus de burgo. Andreas oculus pulicis. Primus de sancto Sylo. et Johannes frater eius. Vitalis. Donatus filius prendens panem. Baldolinus gariardus. Andreas gallina. Ansaldus de podio. Rucherus. Guilielmus de ualle. Obertus baualascus. Olricus de podio. Rubaldus clapucius. Albertus et donatus fratres eius. Syrus de podio. Obertus de ualle. Johannes guascerius. Andreas de codula. Bonus iohannes bizegans formaticus. Obertus baldus. Obertus de maglolo. et frater eius. Nichola de ualle. Villanus clapucius. Fulco de tracosta. et Petrus uetulus. Petrus balbus et frater eius. Sterpon de maglolo. Guilielmus filius bellonis de sorbola. et fratres eius. Giselbertus de zambazaria. Syrus de clapa. Ansaldus de ualle. Martinus binellus. Gandulfus de tracosta. Guilielmus de capite obrioli. Baldus panis paratus. Bonus iohannes de ortale pro uxore. Bonus iohannes de tracosta. Filius centum solidos. Andreas blancus de ualle. Guilielmus de ualle. Obertus de bruxedo. Primus de communisi. Obertus bonus pes de communisi. Bonus matus de pauarano. Bonus segnor filius bertrami. Ansaldus paruus de mazoranico. Johannes consanguineus eius. Oddo frater eius. Johannes coctus de propesengo.

(*Il foglio* 198.° *ha qui fine. Segue il* 199.°, *colle ultime linee di un atto d' investitura di certa decima*).

tum archiprestiberum ex prefata decima saluo iure portu dalfini inuestiuit. Millesimo centesimo quinquagesimo secundo. Indicione quartadecima. Mense Madii. Testes Boiamundus. Obertus cancellarius. Oglerius danisius. Obertus sulphur.

Recordacionem facio ego alexander de pixone domus quam tenet Oto nepos uasalli de arco. quod uasallus de arco dedit mihi denarios octo pro annis octo. denarium. I. singulis annis. et est domus illa tercia pars tabule. Testes petrus iudex. petrus terragnus. benedictus lucensis. Millesimo centesimo XLVIII. Mense octubris. Indicione X.

De conditione. solidos. III. et de otomiis. LX. que omnia plebi de uaria dare debebat. iurauerunt isti. Presbiter iohannes saltirane. Presbiter berizo. Presbiter iohannes de zenega. Presbiter Girardus de carancia. Presbiter Wilielmus. Presbiter Otto de cauazana. Presbiter oto de campo linalio. Presbiter iohannes de couario. Presbiter bernardus de cexana.

DE DECIMA DE MARI.

In palacio Januensis archiepiscopi. Consules Boiamonte de odone. marinus de porta laudauerunt. quod lambertus mussus teneatur exsoluere domino Syro ianuensi Archiepiscopo solidos. IIII. denariorum Januensium. pro decima sue porcionis pro una naue quam ad alexandriam uendidit. Hoc ideo fecerunt. quia cognouerunt sufficientibus testibus quoniam homines qui ducunt naues alexandriam. et si nauis uendatur. antiquitus sunt soliti archiepiscopo decimam exhibere. Quod consules cognoscentes. et quia aduersabatur exsoluere. laudauerunt ut prediffinitur. Millesimo CXLVII. ultimo die ienuarii in sero. indicione VIIII.

DE MOLENDINO DE BLANCO.

De discordia que erat de mensura quam consules quondam statuerunt elia et ingo de uolta inter insulam archiepiscopi que est in besagno et insulam molendini de blanco sic inter eos concordatum est et determinatum per Alexandrum hyconomum archiepiscopatus. et per lambertum et ansaldum porcum. et ab alia parte per iohannem blancum. et uasallum de arco. quod a pillastro secundo ospitalis ex parte Janue usque ad palum quem per concordiam fixerunt in insula besanii debet esse per iustam mensuram canelle decem et octo et media. Testes. Ingo de uolta. Arnaldus de caleniano. Oliuerius de mainardo. et . . . . . (*lacuna*) filius martini manenti de molazana. Wilielmus mannerio.
Millesimo CXLVIII. Mense madii. indicione X.

Quicumque uult istorum libella inuenire secundum diuisionem patrimonii uniuscuiusque. hoc signum querat retro infra libellos stabile et fratrem eius.

(*Qui ha termine il foglio* 199.° *Ma fra questo e il* 200.°, *che è l'ultimo del Codice*, *ne manca un altro*, *il quale*, *dalle traccie che ne rimangono*, *si scorge esserne stato strappato*).

Hec est certa noticia de his qui exierunt de stabile et de fratribus suis. uidelicet pizega formatico et fratres eius. et gandulfus claranus.

et fulcetus. et fratres eius. et iohannes rex. et bonus iohannes de bruxedo. et filii alberti de prato.

Andrea gastaldus de molaciana habuit quinque filios. Stabile. Martinus Embronus. Vrsexinus. Eribertus. Brunengus.

De stabile exiuit iohannes episcopus.

De iohanne episcopo exiuit gandulfus. et obertus centum solidi. et alda.

De gandulfo exiuit pizega formatico et fratres eius.

De alda exiuit gandulfus claranus et bellotus.

De belloto exiuit fulcetus et petrus uetulus.

De martino embrone exierunt illi de cadeuia. uidelicet iohannes rex.

De ursicino exiuit berizo.

De berizo segnoraldo.

De segnoraldo bonus iohannes de bruxedo et frater eius.

De eriberto exiuit iohannes de communisi de sancto ambrosio.

De bruningo exiuit andrea baffadosso. et carosus. et morus. et iohannes scotus. et andrea baffadosso. albertus de prato.

De alberto filii eius.

De iohannes scotus exiuit uiuianus de traicosta.

De carta noua exiuit bonus martinus de plazio.

De leda exiuit andrea baffadosso.

De andrea albertus de prato.

De alberto filiis eius.

De crosa exiuit uenerandus da campo castoreo.

Vgo sancti michelis cum consortibus suis tenet costam maluaram. et iurauit custodire bona fide boschum. reddendo in natale domini duos fascios murte. et capones. IIII. et in pascha duos fascios murte. hoc ideo dant quoniam exinde habent murtam.

Libro completo uotis modulamine leto
Debita laus christo pro libro redditur isto.
Hunc fecit scriptor. scriptor mitis ille parentis
Quem laudat merito. scriptorum leta uiuentis.
Hic uiuat letus christi uirtute repletus.
Vita sibi detur et mors eterna negetur.

APPENDICE

DOCUMENTI
RIGUARDANTI LE PROPRIETÀ E I DIRITTI
DELLA
CURIA ARCIVESCOVILE
DI GENOVA

DOCUMENTO I.

. . . .

Memoria di due privilegi imperiali confermativi dei beni della Chiesa di Genova.

(Atto verbale delle cerimonie seguite nell'apertura dell'arca ove si custodiva il corpo di san Siro, a rogito del notaro Andrea De-Cario, sotto la data del 3 dicembre 1451).

Anni Domini MCLXXXVIII presente domino Petro (*) tituli sancte Cecilie presbitero cardinali apostolice sedis legato. dum pauimentum

(*) Nell'anno 1188 il cardinale Pietro di santa Cecilia era stato, insieme al cardinale Sigifredo di santa Maria in via lata, deputato da papa Clemente III a concludere la pace fra' genovesi ed i pisani, i quali da più anni si contendevano la signoria della Sardegna.

quod est ante altare sancti Laurentii in melius restauraretur. acclamatione dei et populi . . . multis astantibus. sublatum est corpus beati Syri in publicum . . . . . Deinde anno sequenti. presidente domino Bonifatio archiepiscopo tertio et Oglerio Galleta preposito. conuocatis abatibus et prepositis ecclesiarum. solemniter in eiusdem festiuitate . . . reconditum est predictum corpus. Sed et quedam priuilegia Otonis et Belengarii imperatorum prelecta sunt. quibus confirmabat possessiones et curtes ianuensi ecclesie ubi humatum est corpus beati Syri (*).

V. Banchero, *Il Duomo di Genova illustrato e descritto*, pag. 289 dell'edizione fattane dal Ferrando nel 1855, alla quale intendo sempre di riferirmi.

DOCUMENTO II.

ANNO CMLII. INDIZIONE X.

Teodolfo vescovo di Genova rivendica alla propria Chiesa una vigna, già da lui conceduta ne' principii del suo episcopato a certo prete Silvestro, e posta presso le mura e l'atrio di san Siro. Conferma inoltre a questa Basilica il possesso di tutte le decime che in

(*) Alcuni scrittori, citando il privilegio di Ottone nominato nel presente *Documento*, lo assegnano all'anno 969, e perciò al primo dei tre augusti che portarono quel nome. Su che fondino la loro asserzione, io non saprei dire; so certo però che l'unica notizia finora conosciuta così di questo privilegio come dell'altro di Berengario, che tenne l'impero dal 915 al 924, è la brevissima qui riferita. Tuttavia, siccome il primo Ottone fu veramente quegli che più de' successori largheggiò verso gli ecclesiastici, ed ebbe maggior campo ed agio di farlo, anch'io non sarò lontano dal credere, che ad esso propriamente sia da attribuirsi il diploma sovra ricordato. Ma il designarne con esattezza l'epoca, non potrà farsi giammai, finchè non s'abbiano indizi chiari e precisi.

antico le appartenevano, e che riscuotevansi al di fuori delle muro della città sino al fossato di Orpalazzo, al fiume Bisagno, ed al fossato di san Michele.

Il presente atto fu stampato dal Deza nella sua *Storia della famiglia Spinola* (pag. 313), e ripubblicato e ridotto alla vera lezione dal cav. Olivieri nella *Serie dei Consoli del Comune di Genova*, pag. 279.

DOCUMENTO III.

ANNO CMLX. INDIZIONE III.

Permuta di varie terre poste nella diocesi di Tortona, seguìta fra Teodolfo vescovo di Genova e Giovanni prete.

(Pergamena autentica serbata negli Archivi di Corte in Torino, e comunicata per copia alla Società Ligure di Storia Patria dall' Illustrissimo Signor Senatore Michelangiolo Castelli, Grande Ufficiale dell' Ordine Mauriziano e Direttore Generale degli Archivi del Regno d' Italia. Sul dorso della pergamena, assai guasta dalle ingiurie del tempo, è scritto di mano sincrona: *In Vigallo et Godasco Comutacio de Ponte Curoni*).

. . . . Dei et Saluatoris . . . . . . Berengarius et Adelbertus filio eius gratia Dei reges. anno regni eorum deo propicio decimo. sexto . . . . indicione tercia. Commutacio bone fidei nossitur esse contractum ut uicem emtionis obtineat firmitatem eodemque nexu oblicat . . . . . . Placuit itaque et bona conuenit uoluntate inter domnus Teodulfus uir uenerabilis episcopus sancte genuensis ecclesie nec non iohannes presbiter ut in dei nomine debeant dare sicut et a presenti dederunt et tradiderunt sibi unus alteri uicisim in comutacionis nomine . . . . . ipse domnus Teodulfus episcopus eidem iohanni comutacionis causa. idest sedimen

unum seu et omnibus rebus illis iuris ipsius episcopii. quibus sunt posita . . . . . iudei in uico anteriori . . . . . et in Riparioli seu in pradella quod sunt rebus ipsis in easdem locas et fundas iudei uico . . . . tam in loco anteriori . . . . . quam in pradella super totis insimul inter sedimen et areis hubi uites extant seu terris arabilis . . . . per mensura iusta iuges legitimas sedecim. Quidem et ad uicem recepit is ipse domnus teodulfus episcopus a parte ipsius episcopii ab eundem iohannem meliorata res sicut lex abet. id sunt sediminas tres seu et pecia una de uites cum area in qua extat . . . . de terra et pratis duas iuris eidem iohannis quibus esse uidentur in locas et fundas godassco et in uigallo . . . . Godasco est per mensura iusta iuge una et perticas iugalis nouem. coerit ei de una parte terra sancti ti . . . . iamdicta pecia de terra in eodem loco et fundo Godasco est per mensura iusta iuges quadtuor. coerit ei de una parte . . . . celo aureo. de alia parte terra roperti presbiter. iamdictis rebus in eodem loco et fundo uigallo sunt de sedimine . . . . sedimen est per mensura iusta perticas iugalis quinque. coerit ei de duabus partibus uia. de tercia parte terra sancte marie . . . . perticas iugalis tres. coerit ei de una parte percurrit fluuio corione. de alia parte uia iamdicta . . . . ossas arborum uinearum centenarias uiginti quadtuor. coerit ei da duabus partibus uia . . . . a tercia parte uia. prima pecia de terra in eodem loco et fundo uigallo est per mensura iusta perticas iugalis nouem. coerit ei de una parte terra plebis Sancte Marie. de alia parte terra monasterio sancte Agathe. secunda pecia de terra est per mensura iusta iuge una et perticas iugalis tres. coerit ei de una parte uia. de alia parte terra dominici. tercia pecia de terra est per mensura iusta iuge una et perticas iugalis quinque. coerit ei de duabus partibus uias. de tercia parte terra ipsius sancte marie. Quarta pecia de terra est per mensura iusta. est pertica iugeale una. coerit ei de una parte terra predicte sancte marie. de

